DISSERTATIO
INAUGURALIS

SISTENS

P R O D R O M U M

HISTORIAE REI HERBARIAE IN POLONIA

A SUIS INITIIS USQUE AD NOSTRA TEMPORA,

QUAM

PRO SUMMIS IN MEDICINA ET CHIRURGIA HONORIBUS RITE CAPESSENDIS

GRATIOSI MEDICORUM ORDINIS

IN ACADEMIA VIADRINA VRATISLAVIENSI

AUCTORITATE ET CONSENSU

DIE IX. DECEMBRIS MDCCCXXV.

H. L. Q. C.

PUBLICE DEFENDET

AUCTOR

MAX. JOS. ADALB. ANDR. ANT. ADAMSKI

POLONUS POSNANIENSIS.

VRATISLAVIAE,
Typis Groesselianis.

Rebus cunctis inest quidam velut orbis, ut temporum ita morum vices vertantur: nec omnia apud priores meliora sed nostra quoque aetas multa laudis et artium imitanda posteris tulit.

Tacit. in Annalibus.

VIRIS

DOCTRINA, EXPERIENTIA, ANIMI CANDORE
AMPLISSIMIS, CELEBERRIMIS, ILLUSTISSIMIS

L. CH. TREVIRANO

MEDICINAE ET PHILOSOPHIAE DOCTORI, REI HERBARIAE IN UNIVERSITATE VIADRINA VRATISLAVIENSI PROFESSORI PUBLICO ORDINARIO, HORTI REGII BOTANICI DIRECTORI,

SUO
OPTIMO GRAVISSIMO
PRAECEPTORI.

NEC NON

J. E. PURKINJE

DOCTORI, PHYSIOLOGIAE ET PATHOLOGIAE PROFESSORI PUBLICO ORDINARIO,

SUO
AESTUMATISSIMO DILECTISSIMO
PRAECEPTORI,

AD CINERES
USQUE SUMME VENERANDO
FAUTORI,

EA, QUA PAR EST, OBSERVANTIA AC PIETATE HAS LITERARUM PRIMITIAS

CONSECRAT

AUCTOR.

Cum diversi exterarum nationum de historia rei herbariae in Polonia scripserint auctores, quorum inter se prorsus discrepant argumenta, quae ita quidem tradita sunt, ut nemo sit rei peritus, qui illa ab uno vel altero aut ficta aut serviliter exposita facile non cognoscat; fieri non potuit, quin, quae in operibus extraneis scripta inveniantur, et apud populares fide carerent, et nostras res literarias maximo damno afficerent. Huic mirae differentiae ansam ipsi praebuerunt Poloni. A Mathia Miechovita nempe vel ab anno 1521. [1]) et Martino Urzędow, aut ab anno 1595. [2]) ad Bonif. Stanisl. Junziłł [3]) vel ad 1791 nullus

---

[1]) Chronica Polonorum a prima propagatione ab ortu Polonornm usque ad annum Christi 1504 Cracoviae apud Joh. Haller 1521 in fol. min. pag. variae. Ejusdem artium et Medicinae Doctoris reperitur in bibliotheca Regia et academica Vratislaviensi: Contra saevam pestem regimen accuratissimum. Cracoviae anno 1508. pag. sine numeris 12. 8. maj.

[2]) Herbarz Polski Doctora Marcina Urzędowa w Krakowie 1595. Przedmowa.

[3]) Opisanie roslin w Prowincyi w. X. L. naturalnie rosnących według układu Lineusza przez X. B. S. Junziłła S. P. w Wilnie w Druk XX Piiar. 1791. 8v przedmowa.

scriptor invenitur Polonus, qui indigenae rei herbariae, historiam amore scientiae et patriae ductus, concinnaverit. Hinc itaque factum est, ut alia sit haec notitia, quam recentiores Poloni, alia quam Germani et admodum alia quam Galli scripserint. Nec quis est qui citata ad historiam rei herbariae in Polonia jam nominati, (a) Mathiae Miechovitae Sigismundi de Herberstein [4]) Mathiae Stryikowski, [5]) Cellarii, [6]) Beauplani [7]) Adansoni, [8]) Josephi Neckeri, [9]) Duclosi, [10]) Pultneji, [11]) Celeb. Equitis Caroli Linnaei, [12]) Alberti von Haller, [13]) et Curtii Sprengel, [14]) cum citatis Janoccii, [15]) Soł-

(a) Libro citato.

[4]) Commentarii rerum Moscoviticarum. Basileae per Joan. Oporinum 1549. in fol. pag. variae.

[5]) Sarmatiae europeae descriptio Cracoviae 1578. in fol. pag. var.

[6]) Regni Poloniae magnique ducatus Lithuaniae omniumque regionum juri polonico subjectarum novissima descriptio, urbium potissimarum icones elegantissimas et delineationem hujus regni geographicam oculis subjiciens studio Andreae Cellarii Gymnasii Hornani Rectore Amstelod. ap. Aegid. Jansonium Valckenier 1659. 12. pag. variae.

[7]) Description d'Ukraine, qui fons plusieurs provinces du Royaume de Pologne, contenues depuis les confins de la Moscovie, jusques aux limites de la Transilvanie. Ensembles leurs moeurs façons de vivre et de faire la guerre par Sr. de Beauplan a Rouen chez Pierre Caillou 1660. pag. differ.

[8]) Familles des plantes par M. Adanson de l'Academie des sciences de la Société Royal de Londres, Censeur Royal. I. Partie contenante préface historique sur l'etat ancien et actuel de la Botanique et une Theorie de cette science à Paris 1768. pag. XIII. etc.

[9]) Phytologie philosophique dans la quelle on demontre comment le nombre des genres et de especes, concernant les animaux et les végetaux a été limité et fixé par la nature: Avec les moyens de donner l'histoire la plus parfaite de ces corps organisés differens. Selon la decouverte du Systeme naturel, par Noel Joseph de Necker Botaniste de de S. A. S. E. Bavaro-palatine Historiographe du Palatinat du Rhin et des Duchés de Berg et Juliers, membre de l'Academie des sciences de Manheim et associé de diverses academies des sciences de l'Europe a Neuwied sur le Rhin chez la Société typographique 1790. p. 41. . . . „l'ouvrage de „Zaluzanski, Polonais, qui divise le premier les or„ganes sexuels d'une plante, en mâles et femelles „en androgynes et en hermaphrodites.“ . . .

[10]) Essai sur l'histoire Litteraire de Pologne par M. Duclos de S. M. P. Membre de l'Academie de sciences Arts et Belles Lettres de ** — Reflexions générale sur les progrés des sciences et des Arts, Histoire Naturelle et Geographie. A Berlin chez G. J. Decker. 1778. pag. differ.

[11]) Essai historique et biographique sur les progrés des connaisences botaniques. vol. II. p. differ.

[12]) Caroli Linnaei Doctoris Medicinae Bibliotheca Botanica recensens Libros plus mille de plantis huc usque editos secundum systema Auctorum naturale in classes, ordines, genera et species, dispositos, addito editionis loco, tempore, forma, lingua etc. cum explicatione Fundamentorum Botanicorum pars I. Amstelodami apud Salomonem Schouten 1736. pag. variae.

[13]) Bibliotheca Botanica qua scripta ad rem Herbariam facientia a rerum initiis recensentur auctore Alberto von Haller Tom. I-II. an. 1771-1772.

[14]) Curtii Sprengel Historia Rei Herbariae Tom. I. II. Amstelodami 1807 — 1808.

[15]) Janocki in Janocianis pag. variae.

tykowicz, [16]) Wodzicki, [17]) Chłędowski, [18]) notitia Illustrissimi Comitis de Tenczyn Ossoliński, [19]) et Bentkowski, [20]) nec non his-

---

[16]) Ostanie akademii Krakówskiéy od założenia iéy w roku 1347. aż do teraznieyszego czasu, krótki wykład historyczny, Nay ias. P. Fryd. Aug. Król Sask. X. War. etc. na posiedzeniu publiczném szkoły głównéy Dnia 10. Maja r. 1810. podany przez J. Sołtykowicza NN. WW. i F. D. i W. NN. F. D. w Krakowie 1810. w Drukarni Greblowskiéy.

[17]) Ochodowaniu, użytku, mnożeniu, i poznawaniu Drzew, Krzewów i Ziół celnieyszych: ku ozdobie Ogrodów przy zastósowaniu do naszéy strefy.... przez Stanisława Wodzickiego. Tom. IV. w Krakowie w Drukarni Jozefa Mateckiego 1825. pag. 60 — ad p. 97.

[18]) Spis Dzieł polskich opusczonych lub zle oznaczonych w Bentkowskiego Historyi Literatury polskiéy przez Adama Tomasza Chłędowskiego we Lwowie 1818 nakładem Karola Wilda, Drukiem Jozefa Szneydera – patrz Familierz, Spiczyński — Siennik.

[19]) Wiadomości Historyczno-Krytyczne do Dziejów Literatury Polskiéy, o pisarzach polskich, także Postronych, którzy w Polscze albo o Polscze pisali, oraz o ich Dziełach; Z roztrząśnieniem w zrostu i różnéy kolei ogólnego oświecenia, jako też szczególnych nauk w Narodzie Polskim. Przez Jozefą Maxymiliana Hrabię z Tęczyna Ossolińskiego, Kommendora Ord. S. Stefana, esc. etc, w Krakowie roku r819. w Drukarni Gröblowskiéy Jozefa Mateckiego. Tom. II.

[20]) Hystorya Literatury Polskiéy wystawiona w spisie dzieł drukiem ogłoszonych przez Felixa Bentkowskiego Professora Historyi i Bibliotekarza w Liceum Warszawskiém Członka Towarzystwa król Przyiaciół nauk w Warszawie i w Wilnie 1814. Tom. II. p. 390. —

toria rei Herbariae, Polonicae supra dicti (b) Bonif. Stanislai, Jundziłł conferre possit. Quae cum ita sint, luculenter apparet, ob tantam tam variorum et celeberrimorum scriptorum discrepantiam in historia rei herbariae Polonorum, plurima esse incerta, perversa et denique manca. Haec in parte dissertationis meae generaliori enumerare, in subsequenti autem speciali recensere ad implere, corrigere imo et refutare conabor! Pensulum non admodum facile, si tempus remotum, Auctorum insignium summam praestantiam, et meum denique parvum pondus considerare velis. Sed documenta adsunt in bibliothecis, adquae, si quis desideraverit, cum his remitto praecibus, quas strictissima jubet observantia, ut, in quibus locis meus irrepserit error, vel veniam vel explicationem dare velit scribenti et sincerrimam ubi necesse erit submissionem, qua scribere incoepit, pollicenti.

(b) Libro supra citato.

Historiam
Rei Herbariae in Polonia
a suis initiis ad nostra tempora.

in I. II. III. divido periodos.

I. Periodus a Simone de Lovitz ad Simonem Sirenium (inclusive) aut ab anno 1532. ab annum 1616.

II. — a Simone Sirenio ad Christophum Kluk (exclusive) vel ab an. 1613. — 1796.

III. a Christopho Kluk ad nostra tempora 1796. — 1825.

Prima Periodus
a Simone de Lovitz (Szymon z Łowicza) ad Simonem Sirennium (Szymon Syreniusz-Syreński.)

vel ab anno 1532 ad annum 1613, (inclusive.)

Jam dissipatis Arabum tenebris et palpabili eorum inscitia demonstrata felices Italiae civitates studio Theophrasti [21]) et Discoridis [22]) vel quam ardentissimo, ad nova et firma fundamenta in universa re Herbaria jacienda, contribuere. Nunquam Theodorus Gaza [23]) et Georgius Valla, [24]) extinguentur ex memoria magni momenti merita ponderare cupientis remotissimi naturae scrutatoris. Sed et Marcellus Virgilius Florentinus [25]) et Nicolaus Leonicenus, [26]) centenarius fere Senex, alter in Dioscoridis commentariis, alter in Plinii et Serapionis justissima castigatione, majorem vel eandem

[21]) Theophrastes Eresius Aristotelis discipulus de historia plantarum libros decem, scripsit Amstelod. apud Jodocum Broers 1644 quos Joan. Bodaeus a Stapel Amstelodamensis in I. Vol. congessit. Ejusest de causis plantarum lib. sex, quos Venetiis impressit Aldus Manutius an 1497. in fol. Venet. cum opere praecedente 1552 in 8v. Paris apud Egidium Goromontium an. 1529. in 8vo. Basileae 1550 apud Cratandrum Theodoro Gaza interprete.

[22]) Dioscorides Pedacius an. 55 ant. 6 not. a Galeno Anazarbeus a Suida Phaeas vocatus. Ejus sunt libri quinque de Medica materia et unus de Laethalibus venenis. Graece omnes sex apud Aldum Venetiis 1593 fol. cum Nicandro, item 1518. in 4to et Basileae apud Jo. Bebelium an. 1519. in 4to. Coloniae apud Soterum cum versione latina et Commentariis Marcelli nec non Hermolai Barbari corollario. ed. Math. Venet. 1534. fol. ital. Venetii 1558, in 4to etc. vid. Bibl. Bot. De Candolle in opere „Regni vegetabilis Systema.“ Paris. 1818. p. 41.

[23]) Thessalonicus e praecipiti Graecia in Italiam venit; Aristotelem et Theophrastum interpretatus est latine. — Aristoteli (Sagiritae): De plantis, libri duo, vulgo falso adscripti in operibus Theophrasti. Venet. 1504. fol. lat. Venet. 1513. lat. Paris 1529 8vo pag. 354. lat. Basilee 1541 et 1550. 4to latine Lugduni Bataviae 1552. 8vo latine.

[24]) Georgius Valla Placentinus omnes fere Graecos Auctores de Medicina et Materia medica tractantes in epitomen Venetiis 1501. fol. redegit.

[25]) Marcellus Vergilius Florentinus emendator Dioscordis, in quem ex veterum compilatorum erroribus correctum, commentaria Florentiae 1518 fol. edidit.

[26]) Plinium et Arabes, compilatores representare studuit Nicolaus Leonicenus et edidit Opus de Plinii et aliorum erroribus Ferrar. 1509. 4. Basil. 1529. 4. Argent. 1632. fol. cum Brunfels.

servabunt gloriam. Jam Pandelphus Collenutius Pesarensis[27]) Ducis Estensis. Orator; Joannes Manardus, Ferariensis, Pici Mirandulani Principis dein Vladislai et Ludovici Pannoniae Regis Archiater [28]) unus in Italia alter in Pannonia et Polonia diversas investigare coeperunt indigenas plantas. Jam Symphorianus Campegius, [29]) qui, cum per castigationes Arabum, tum in Campo Elysio Galliae innotuit, et etiamsi plantas confude-

[27]) A Storza 1504. occisus. Defensor Plinii, contra Leonicenum arma coepit. Plinii adversus Leonicenum defensio in append. Brunfelsii.

[28]) Qui Medicus suo lubitu ex Italia in Pannoniam ex Pannonia, in Poloniam carpento commode itinera facere potuit, Regis Pannoniae Archiater Joannes Manardus omnia ad suum habuit nuctum culturae adminicula. Permagnas Vindobonae, Romae etc., Bibliothecas, sagax ejus ingenium in naturam convertere studuit. Quidquid enim in magnis his Bibltothecis legerit in magno orbis circulo digessit. Inde orta est ejus magna doctrina, quam ostendit in adnotationibus et quam in censuris in Medicamina simplicia atque composita Mesue, in epistolis medicinalibus, quos Basilae impressit Isingrinus anno 1540 in fol. et Venetiis Franciscus Camosius 1557. in 8vo et tertio Jo. Aubrii Hannoviae 1611. in fol. demonstravit.

[29]) Symphorianus Campegius vel Champerius Lugdunensis. Castigationes Pharmacopolarum ac Arabum Medicorum, ut. Mesue, Serapionis, Rasis, Alpharabii et aliorum quatuor, distinctas in libros emisit in lucem, quas Lugduni impressit Jo. Crespin 1532. in 8° Campum item Elysium Galliarum aperuit, in quo Herbae Virentes perpenduntur et analogia Medicinarnm Gallicarum Indarumque ad trutinam Physicam revocatur. Lugduni impressum per Melch. et Gasp. Treschel 1533. in 8°. v. Bibl. Bot. Jo. Ant. Bumaldi.

rit, princeps tamen in Gallia collitur rei Herbariae examinator. Jam in Germania Otho Brunfelsius, Moguntinus, primum Ludimagister [30]) Argentorati, dein Medicus Bernensis, Hieronymus TragusHeydesbachensis, Biponti primum Ludimagister et Instructor Horti botanici Principis ejusdem, dein Concionator Hornbaci et Medicus in amoenissima et locupletissima plantarum regione eminuerunt. [31]) Jam in Bohemia Herbarium prodiit Christiani de Prachatitz, Ecclesiae ad Sctum. Michaelem Pragae Curati, latine et quemadmodum in manuscripto reperitur Cerroniano anno 1416. cum Bohemica et Germanica plantarum synonymorum explicatione [32]) nec non Norimbergae, impressum an. 1517 Nicolai Claudiani (Mikulass Klaudian) in Bohemia Boleslaviae felicissimi medi-

[30]) De re Herbaria valde bene meritus. „Herbarum vivas Jcones ad naturae summam imitationem diligentissime cum effectibus et nominibus earum dedit," impressas Argentinae apud Jo. Scotum 1530, quarum volumini primo in fol. aliud simile addidit ibidem impressum 1536. et denique utilissimum onomasticon. Argentorati apud Scotum 1543. in folio.

[31]) Maximi momenti est ejus „Historia Stirpium." Argentorati 1542. in 4° latine pag. 1200. figur. 567. ibid 1572. fol. germ. auctior. ibid 1586. fol. germ. Folior. 454., ibid 1595. fol. germ., ibid 1630. fol. german.

[32]) Bohuslai Balbini Bohemia docta. Prag Tom. II. p. 18. — Graf v. Sternberg, über die Botanik in Böhmen. — Geschichte der böhmischen Sprache und ältere Literatur von Joseph Dobrowsky. Prag 1818.

dici, [33]) quando in Polonia ortus est Simon de Lovitz, [34]) Artium et Medicinae Doctor

---

[33]) Kniecha lekarska kteraz slowe herbarz: a neb zelinarz: welmi uziteczna: z mnohych knieh latinskich. y z skutecznych praczy wybrana: poczina se sstiastnie. In altera pagina tituli notitia de auctore communicatur his verbis: „Kecti a chwale
„wssemohuciemu wiecznemu Bohu, Ak użitku i
„prospiechu lidskemu. Ja Mikulass Klaudyan,
„Lekarz Boleslawsky, Znage podle rzećzi mudre-
„ho, w kniehach Eklesyastyku, Zie zdrawyij
„dusse, lepssie gest nad każde zlatto y strzebro,
„Atielo zdrawe, lepssie gest nežli poklad nesmier-
„ny, Neb nenie pokladu nad poklad zdrawy tiela,
„A wzal sem przedse pracy tuto, Nelituge nakla-
„du znameniteho, kudybuch lidem, A zwlass-
„tie yazyku Cżeskeho, mohl službu uczżiniti. Aby
„lidee zdrawii, skrzecżtanie knieh tiechto, kpo-
„tiessenie, A nemocznij a nedużiwij nekmalemu
„użitku dochazeti mohli, Protož każdy ktož cżisti
„budess żnag. Zie Jan cźerny, Lithomysssky Le-
„karz zkusseny Rozlicznych mudrcuow, a Lekar-
„cuow, Starich y nowych uźiewage, Askrze usta-
„wicżnu pracy, skussenie mnohych wiecy mage,
„pilnost przispiesowanie, knich tiechto miel gest,
„A pokudż mnie wnie wznamosti, ktere byliny,
„nebo korzeniesu, Zpnosob nebo ffigury tieh-
„wyryti sem dal, przitomen gsa wsseh wiecy
„sam y corygowanie, Teź źe wzemi Czeske, a
„niekterem kragi Byliny, ginak a ginak gme-
„nugi se, Przikażdi ztiech gmeno Cżesky, Lati-
„nie, y Nemetzky palożił sem, prosnadniegssie
„srozumiénié, Aby użitek ten, o kteremź sem na
„horze dotekl, wprawdie dogiti mohl, A slowut-
„nemu muźi Jeronymowi holtzlowi, miesstieninu-
„Miesta Normbergka, kwytisstienie dal sem. Ten
„patek przed Swatym Hawłem, Letha od Naro-
„zenie Syna bozieho Tisycieho pieti Steho sedm-
„natzteho (1517.) Folia unilateralia 129. ordine

---

[34]) Nihil autem clarius statum cum rei Herbariae, tum medicinae in Polonia ejusdem temporis delineare po-

primum Archi-Episcopi Gnesnensis dein Castellani Gnesnensis Archiater. Merita tamen

---

„Alphabetico cap. I. Aloes, ultim. cap. CCCCXLIV.
„Siligo in fine. Dokonano sstiastnie. Tu Sobothu
„przed Swatym Tomassem Aposstolem Boziem.
„Letna od Narozenie Syna Bozecho. Tysycieho
„piety steho sedmnastego. Fol. minor.

---

test ac dedicatio Simonis de Lovitz Enchiridii, post quod Aemilii Macri de herbarum virtutibus opus collocatur, Senatori et Primati Regni poloniae Archi-Episcopo Gnesnensi, Andreae Cricio, Legato nato. „Cogitanti mihi princeps amplissime, cui
„nam potissimum, Enchiridion Medicinae, quod
„nuper magis utilitatis publicae et exercitationis
„meae studio, quam privatae gloriae cupiditate, col-
„legeram, dedicarem. Occurit tandem tua Celsitu-
„do, cui ego quando quidem me ipsum totum quan-
„tus quantus sum jam pridem penitus devoverim,
„etiam omnia mea, vitam, fortunas, animum et si
„quod est ingenium, eidem dedere aequissimum pu-
„tavi. Non quod hoc exiguum laboris mei speci-
„men tanto Heroë, quantum te esse videmus, dig-
„num existimarim, sed quia nefas esse duxi, non
„aliquando tibi, qui suae clementiae, exemplum
„in me nihil tale sperantem, sponte edideris ani-
„mi mei sinceritatem, et propensam obsequendi
„diligentiam, testatam exhibere. Nihil interea du-
„bitans, quia tua Celsitudo, qua est humanitate et
„in omnes tuos praecipue studiosos favore, meam
„hanc importurae gratitudinis audaciam sit proba-
„tura, utque non ab ostentatione, sed ab ingenio
„animo communem spectante utilitatem profecta
„sit. Neque vero dum, quicquid id est munusculi
„tuae Celsitudini simplex reverenter offero, adeo
„molestus obtrusor esse volo, ut flagitare audeam,
„ne Celsitudo tua libelli hujus lectionem asperna-
„ri dignetur. Facerem siquidem inepte et male
„de commodis publicis mererer si te tantum prin-
„cipem et Senatorem primarum a Curis Regni et
„Rei publicae, a quibus tibi nunquam vacat ad ha-
„rum naeniarum lationum avocare vellem. Verum

hujus insignis viri, interpretis Aemilii Macri de Herbarum Virtutibus, in annalibus studii rei Herbariae in Polonia oblivioni traderen-

„si benignam manum libello ad se venienti porri-„gere et patrocinium ei suum polliceri Celsitudo „tua non dedignabitur, satis superque votis meis „praestitum putabo. Erunt forsitan artis Medicae „tyrunculi, qui ei dum licebis, vacabunt, non pa-„rum inde fructus percepturi. Facillimam enim „et expeditam viam ad difficiliores ejus artis ady-„tus hinc arripient. Unde et principia ejus co-„gnoscent, quo modo morbi vis primum mi-„nui vel ut illi dicunt minorari, deinde „cruditas digeri, digesta evacuari, eva-„cuata tandem confortari debeat et possit. „Tametsi autem libellus iste, vel hoc solo nomi-„ne, quod compendiosam quandam curandi ratio-„nem multarum aegritudinum ostendit, favorem „verum etiam et apud studiosos consequetur fa-„miliaritatem et apud reprehensores, quos arbitror „non defuturos, livori minus erit obnoxius, cum „sub tuae Celsitudinis auspiciis in lucem prodiisse „conspicietur. Nam nonnulli fortasse arguent me „impudentiae, quod penetralia et sacra ar-„tis hujus parum reverenter ut ipsis qui-„dem videtur, tractarem et passim apud „omnes invulgaverim, arguent et teme-„ritatis, quod ausus fuerim compendiosam „quandam medendi viam tyrunculis Me-„dicinae demonstrare, et amabunt li-„bellum hunc homicidam futurum. Qua-„si vero id sit penetralia artis prodere, siquis in-„genue et fideliter principia ejus doceat et ad gra-„viores excellentium auctorum libros viam prae-„monstret Aut quae est ista temeritas, siquis „omissa exquisita illa pharmacorum in extremo „usque orbe quaesitorum confectione, planam me-„dendi normam ostendat? Nimirum ex Her-„bis et Holusculis domi nostrae natis prae-„sertim eum in hoc libello nihil sit quod proba-„tissimorum Scriptorum Auctoritate nitatur, qua-„re illos potius, quam libellum hunc homicidii ar-

tur, nisi ea invidiae temporis catalogus tunc temporis cognitarum stirpium polonicarum, et simplicium enumeratio, quem omnium primus ipse concinnaverat, eripuisset. Multa in hoc catologo perverse interpretatus est Simon de Lovitz nomina botanica, cum synonymis eorum absurdis, sed ibi etiam reperiuntur plantarum vocabula, quae pro maxima ejusdemque gloria in ore recens viventium Polono rum pronuntiantur. Mox huic Phalimirus et Hieronymus Spitzinski (Spiczyński) primi in re Herbaria et Medicina Polonorum scriptores, sermonem patrium operi primigenio consecrantes, successerunt. In rebus medicinalibus Phalimiri et Polonico primo hoc Spiczynscii herbario, [35]) rudis et indigesta ap-

„guant, ex quorum constat sententiis non in hoc „quidem collectis, quo aliquis ex illis Medicum se „profiteri audeat, sed uti jam testatus sum ut ty-„runculis artis hujus pateat quidam aditus ad gra-„viorum Auctorum tractatorum. Valeant isti mor-„sus Sycophantici, quorum ego judicium facile con-„temno, hoc solo cententus, si tuae Celsitudinis sa-„pientissimo judicio non displiciam. Sed neque quis-„que tam nasutus erit, ut improbare audeat, quod „tuae Celsitudini probatum intellexerit. Cui me „humiliter, ut par est, et servitorem et subditum „perpetuum, obsequiaque mea deditissima, com-„mendo, praecorque ut Deus optimus maximus Cel-„situdinem tuam diu nobis servet incolumem. Da-„tum Cracoviae die prima mensis Maji anno ab „orbe rodempto 1537.“

[35]) Herbarza Familierzowege nie znam, (mówi JW. Hr. Ossoliński w Dziele wyżéy wspomnioném. T. II.) tylko z przytoczenia JP. Bentkowskiego, według exemplarza pozbawionego tytułu, i szczególnie na daną sobie sprawę o nim. To dzieło, które sam Falimierz w przedmowie do Jana Grabi z Tęczyna Wojewody Podolskiego, Starosty Chełmińskiego,

paruit moles. Hic ruditer plantas descripsit, ille de orto Sanitatis et aliis medicinalis tractavit

---

datowaney r. 1554. przyznaie bydź tłomaczeniem z łacińskiego, i wyraża że go wydaie na świat za naleganiem dobrego swego przyiaciela H. S. iak ia się domniemywam samego Hieronima Spiczińskiego, składaią. „*Tabula Generalis de Herbis.* „— *Index infirmitatum.* — Opis rożnego rodzaiu „Roślin z wiobrażeniem ich rycin na drzewie. — „Wykład o rzeczach żywych ku lekarswam służących, naprzod o zwierzętach, o ptaczech i o „rybach (przy opisie każdego zwierzęcia iest przyłączony wizerunek rznięty na drzewie. — O kamienach drogich. — Nauka o poznawaniu uryny. „— Ttraktat o rodzeniu człowieczym, iako a ktoremi obyczaiami płód z żywota matek swoich „wychodzi na świat. — Jako poznać przemienności powietrza według aspektow. — Traktat to „iest nauka puszczania krwie. — Nauka o biankach, „na ktorym mieszczu postawione kczemu służą. — „Nauka barwierska — Na ostatniey karcie znayduie się drukarza zalecenie." Ob. *Hist. Literat. Polsk.* Tom. II. pag. 391. 392.

Gdy JP. Bentkowski nie miał sposobności widzieć pierwszey edycyi Herbarza Spiczyńskiego, (mówi tenże JW. H. Ossoliński w powyższem dziele) wypada go zastąpić. Tytuł iéy, między ozdobami nibyto bramę zwycięską u góry z orłem, u dołu z herbem Krakowa, wyobrażaiącemi, taki się czyta. O ziołach tutecznych i zamorskich i mocy ich, a kthemu księgi lekarskie wedle reiestru niźey nowo wypisanego wszem wielmi użyteczne. Cracoviae apud Haeredes Marci Scharfenberger Civis ac Bibliopolae Cracoviensis. Anno 1556. Na odwrocie połarkusza znaduie się Reiestr Tytułów ksiąg głownych, w tym wszystkim ciele ninieyszych ksiąg lekarskich, uczyniony — O Ziołach i mocy ich List 1; O oleyków przyprawianiu List 109. O zwierzętach List 135; O rybach List 134; O ro-

argumenti. Tabulae ligno incisae, rudes plantarum designant effigies, quarum singulae plures demonstrant. Haec plantarum confusio uni-

---

dzeniu dziatek List 173; O nauce gwiazdetzney (a) List 194; O rządzeniu tzasu powietrza morowego List 210; O nauce Barwierskiey List 237; O paleniu wodek List 98; O rzetzach zamorskich List 110; O ptacech List 146; O kamieniach drogich List 164; O pusstzaniu krwie i stawianiu baniek List 190; O urynie, O pulsie; i inssych znamionach List 202; o lekarstwach doświadssonych List 216; O mierze Aptekarskiey List 241; Następuią daley Przedmowa; Reiestr (z odsyłaniem podług szczególnych przdmiotów do przyzwoitych kart) o ziołach z Polskiego na łacińskie podług liter zaczynaiąc od B—Zwierząt: o Ptacech — o Rybach — o Kamienioch drogich — Reiestr na wszelkie niemoczy, które lekarstwem tych ziół bywaią uzdrowiony, ktory dla łacznego nalezienia iakieykolwiek niemoczy iest położon, á on rychło ukaże lekarstwa przeciw niemoczam rozmâitym. - Reiestr na rozmaite niemoczy, a tho począwszy od natury Ryb aż przez wszystko ciało ninieyszych ksiąg lekarskich, przedtym nigdy nie bywały (może się to ściągać de ksiąg Falimierza) krotko a z pilnością wypisany etc. Reiestra do Tractatu o rodzeniu człowieczym — o pusztaniu krwie — o stawianiu baniek — o przyrodzeniu znamion niebieskich — Płanet — części roku — miesięcy — o nauce Barwierskiey mierze aptekarskiey etc. — osobliwszy Reiestr o naturze i mocy kamienia drogiego etc. Przedmowa zabiera połarkusza, Reiesstra arkuszow 7. Poczynaią sią księgi, które mogą być wezwany Ogròd zdrowia etc. To na pierwsym liście: dalsze maią liczby po iedney stronie aż do ostatniego 247. Na od-

(a) Wciąż kładzie tz: zs cz.

versalis fere fuit, cum et Otho Brunfelsius plantas sine ordine tradat, saepiuscule quae quandam habeant adfinitatem, confundens. Figurae ejus ligno incisae patrias bene delineant plantas, figurae herbarii Spiczynscii et patrias et exoticas eadem rudidate designant. Ratio scribendi redolet adhuc saeculum, XIV. Reprehensio autem talis ad minimorum pertinet enucleationem errorum; haec ratio nempe scribendi est ita conformata, ut non solum quisque nostri aevi Polonus hunc librum inintelligere, verum etiam et laetus legere possit. Pejus est, quod singulae plantae improprie ex sermone graeco vel latino, polonice exprimuntur: omnia itaque mala inde provenientia, hanc rei Herbariae historiam magis adhuc obscurassent, nisi in solum Polonicum e Helvetia discipulus clar. ac celeb. Conradi Gesneri, dein felicissimus Medicus Practicus et dilectissimus Civis Craeoviensis, Antonius Schnebergerus divitias Magistri sui, transtulisset. Hic tanti viri amicus et Cultor, ut, cognitas et in vicinio Cracoviae collectas plantas, indiomate, nominare posset, Polonico, studium rei herbariae ex vetulis didicit et earum Polonica vocabula in Catalogo suo stirpium callocavit. [36]) Puduit bo-

---

wrocie położył Spiczyński nieiakąś odezwę. „Polskiemu narodowi Hiéronim Spyczyński R. C. „wiele dobrego. Juvenalis zaczny składacz, czasu „onego ludskie sthany i obyczaie ich szaczuiąc, „Narod Polski w swich wierszoch wysoce wy„chwalał. Neque Sarmata (powiada) neque Thrax, „qui sumpsit pennas, medius sed natus Athenis."

[36]) Varia Schnebergerus scripsit medicinalia opuscula, quae, quia Celeb. ac Illustrissimus Comes de Ten-

num Polonum, hujus alienigenae conaminis, Martinum Siennicium. [37]) Ipse literaturae

---

czyn Ossoliński jam in supra citato opere egregię descripsit, et hic non pertinent, omitto. Liceat mihi tamen hic citare praefationem Schnebergeri ad Catal. Stirp. pulcherrime pingentem statum rei Herbariae, post Simonis de Lovitz et Hieronymi Spiczyńscii supra dictorum operum editionem:

„Si quis antea mirabatur, quid esset, quod „tanto studio, tantaque diligentia, corporis etiam „valetudinem in discrimen offerendo, stirpes inqui„siverim: ex hoc tempore miretur potius, si quem „studiosum medicinae rem herbariam negligere, si„ve etiam contemnere viderit: quam si quem ho„minum saluti potius, quam sibi consulere cupi„dum. Nam ut omittam uniuscujusque hujus aeta„tis judicium, sufficiat autoritas Galeni, qui me„dicum omnium stirpium, si fieri possit, peritiam „habere, consulit: sin minus, plurium saltem, qui„bus frequenter utimur. Quid enim turpius artifi„ci esse potest, quam suae artis subjectum et in„strumenta ignorare? nec vero quisquam ex libro „nauclerus, aut alterius artis artifex evadit, opti„ma enim illa doctrina est quae viva voce traditur. „Quare cui in animo est plantarum peritiam asse„qui, necesse est eum ab ipso praeceptore oculis „discere, seque saepius ad visendas herbas et earum „natales conferre: quoniam sensibilium rerum co„gnitio frequenti inspectione perficitur; cujus rei „clarissimum est indicium, quod gemini per omnia „similes esse nobis videantur, dissimiles vero iis, „qui cum ipsis conversantur. Itaque prima germi„natione solo emergentibus, adultis et senescenti„bus adesse convenit. Nam qui pullulanti (ut Dio„scoridis verbis utar) herbae duntaxat adsisterit, „adultam cognoscere non potest, neque qui adul„tam tantum inspexerit, nuper erumpentem noscet,

---

[37]) „Muszę sam, (M. Siennika słowa,) wprawdzie zeznać „iżci mi to nie przystało wdawać się w rzecz takową, „ktora nie memu stanowi, ale ludziom uczonym „przystała, a to iż się tego ważę, iakoby prawie

Germanicae studiosus, quantas haberent in re Herbaria firmissimi systematici, cognovit di-

„quadripartitis enim varietatibus anni, ut Plinius „scribit, faciem mutant. Praeter haec, qui cogni- „tionem stirpium consequi cupit, similitudinem dis- „similitudinemque rerum optime teneat, in iis enim „quae parum distant, deceptio saepius contingit. „Cum vero, ut Galenus tradit, qui de herbis aut „omnino de stirpibus scripserunt, sensibilem ipsa- „rum naturam edoceant, quales sint singulae, si „tactu gustu, olfactu et visu eos examinet exponen- „tes: item quam vim habeant, vel intra corpus as- „sumtae, vel foris applicatae: haud puto ullum ita „stupidum fore, qui auctores rei herbariae sive „τῶν φύτικῶν negligendos abiiciendosque judicet.... „Quicumque igitur hac methodo instructus cognitio- „nem stirpium consequi studuerit, nec ille nequa- „quam oleum et operam perdet: immo potius inde „et voluptatem libero homine dignam, et utilitatem „medico necessariam percipiet. Sed quoniam non „nobis solum nati sumus, naturam ducem sequu- „tus, communes utilitates in medium scribendo do- „cendove afferet. Ego certe, cum hoc tempore non „tam mihi placuisset, quam amicorum consilia ac „studia voluntatem excitassent specimen studiorum „meorum in re herbaria evulgandi deliberavi, qua „ratione, quam plurimum aliis prodessem: occurrit „vero neminem hactenus (pace dixerim) diligen- „ter et cum judicio stirpium nomina Polonica con- „scripsise, sed partim pro latinis ineptissima et bar- „barissima vocabula, quaeque apud nullum aucto- „rem legantur, apposuisse; partim neque Polonicas „nominationes vulgo notas esse: Quare ego multo „copiosiorem catalogum stirpium Latine et Poloni- „ce quantum ingenii vires, et temporis brevitas ad-

„pierwszy z Polakow, podać w pospolstwo, tak rzecz „w lekarstwach potrzebną, daiąc naukę o własnych „imionach, albo przezwiskach ziół rozmaitych. Przy- „pędziła mię ktemu przyczyna takowa, która od

vitias; ut autem et Poloni cum Italis et Germanis iisdem uterentur medicamentis, et eo-

„mitteret, conscribere aggressus sum: stirpes in syl- „vis, collibus, pratis et lacustribus locis: Latina „nomina apud quoslibet, gravissimos rei herbariae „scriptores: Polonicas vero dictiones ex vetulis, in- „inquirens. Nec vero me pudet anus discipulum „fuisse. cum veteres medici se brutorum animalium „discipulos „ὑν αϱνοῦϛιν, ἀλλ᾽ ὁμο ογ ῦϛιν“ ut Aelianus „dicit. Praeter nomina vero, interdum stirpis ali- „cujus rarioris, vel a nullo herbariorum alioquin „descriptae historiam ex lib. praeceptoris ac paren- „tis instar mihi observandissimi D. Gesneri apposui „aliquando ipse conscripsi. Haec igitur mihi labo- „re et diligenti inquisitione nec non sumptu etiam „acquisita, ad communem utilitatem emitto sperans „me exterum hominem, hac mea diligentia alicui „Polonorum ad diligentiorem, stirpium, quas pa- „tria terra fert, indagationem ansam praebuisse: „ego enim agnoscens et ingenii mei tenuitatem et „minimam lingua Polonicae cognitionem, opto secun- „dum Agamemnonis Homerici votum, ut existant „quamprimum.“

ὃ τις τιϛδε, ἀμείνονα μητιν ἐνίσποι
ἠ νεος ἠ ἑ παλαῖος, ἐβοῖ δεκεναςμενον εἰη·

„niewiadomych za zazdrość może być policzona, ale „zaprawdę tylko litość iest mi ktemu powodem, „żałuiąc wtym ziomków moich, iż się w tey czci „cudzoziemcowi ubieżeć dali. Bo aczkolwiek Do- „ktor Antonius Schnebergerus Tigurinus, mąż wa- „żnie uczony w naukach lekarskich: ale iż on iednak „polskiego nie umieiący, nie przystało nam Pola- „kom od niego, się po Polsku uczyć; ale słuszniey „iemu było od nas, coby snadno wdzięczniey przy- „iął niż się od bab ucxyć musiał: ale iż wiedział „ten niedostatek w ziemi Polskiey, chciał tą pracą „swoią Polaki pobudzić ku lepszemu badaniu, aby „w czym on pochybił, iako cudzoziemiec, oniby „naprawili: a czego on nie doszedł, by oni dolo- „żyli, i dał tey swey pracy książki wydrukować

dem herbas denominarent modo, ad ea concinnanda sermone patrio animum attendit,

---

„u tegoż prasownika, ktory i ninieysze robił: *Catalogus Stirpium quarundam Latine et Polonice „conscriptus anno* 1557, w których, (iako Polskiego nieumieiętny) acz kilka zioł pochybił, a kilkaset nie dołożył, nie widzę, aby się na te sześć „lat który Polak uczony obudził, a iego chybę „naprawił; a cożby miał dołożyć, czego nie dostaie, nie chce żaden w tho wezrzeć, o co sąsiedzi stoią. Niemcy i Włochy około tego się „pieczołuią, a prawie się iakoby o kleynoty wyscigaią: iuż się też Czechowie za niemi porwali: „Polacy ieszcze nad onym babim Herbarzem siedzą mniemaiąc, by na tym dosyć było. Ja wstydząc się tego częścią, iż nas cudzoziemcy w naszey oyczyznie po Polsku uczyć maią częścią też „widząc, iż ci o to nie dbaią, którym należy umieć „i inne uczyć, a iż też lekarstwa tych ksiąg tego „potrzebowały, bo nie każdy wie, co niektore „imiona znamionuią; udałem się był na tho, żem „w Polskim ięzyku chciał tak wiele zioł mianować, „ile ich Niemcy sąsiedzi nasi w ięzyku swym mianuią, i do każdego imienia Polskiego własne „Łacińskie z Niemieckim przyłożyć, a tho dla tego, abyśmy z temi dwiema narodami iednostaynie potrzebnych lekarsw używali, i też sami „między sobą iednostaynie zioła zwali, ale iż bez „figur nie może zgoda być, wyiąwszy, by każde „szeroce było opisane, czego thy księgi znosić nie „mogły, a takech musiał na tym przestać, a tyle „imion stawić, ile figur było, a wszakże iż iednak „nio tylo potrzebna, ale też wielce pożyteczna nie „tylo ziołam imiona wiedzieć, ale też bydła, zwierząt, ptakow, ryb, i robactwa: takież i innych „rzeczy, które nam Pan Bóg ku potrzebie stworzył, i pierwszego ucznia swego tak duchem swym „obdarzył, iż wszystkie rzeczy mianował, które „uzrzał: my przez niedbałość naszę wyszliśmy „z tego ćwiczenia, iż ledwo znamy, a mianować „umiemy, co znami pod dachem iest".

quae jam apud utramque hanc nationem exculta invenit. Ast sane laudabilius fuisset, si, novum opus composuisset, quam conjiciente Illustrissimo Augusto Austriae a Consiliis intimis et Bibliothecae palatinae praefecto, Josepho Maximiliano Comite de Tenczyn Ossoliński, vero Literatorum Polonorum Principe, vetustam aedem Spiczyńscii sordibus purgasset et publici juris fecisset. Non video in hoc coram me jacente opere nec splendorem figurarum in And. Matthioli commentario in Dioscoridem, nec summam errorum antecessorum emendationem; adest eadem adhuc ruditas, vocabulis ex Matthiolo sumtis ornata. Paulo melioris notae est versio libri ruralis polonica, quem Senator Bononiensis Petrus de Crescentiis ad finem Saeculi XV reliquit. Surgit denique Martinus Ursaendovius, (Urzędovius) Canonicus, et Capitanei Generalis Regni Poloniae Joannis Tarnowski, Archiater, qui istas tenebras more Concionatoris, dispelleret et quae adhuc necessaria fuerit castigatione, ad meliora fata botanices, viam iis, qui eum secuti sunt, suo Polonico herbario, sterneret. Quemadmodum autem hic verus rei Herbariae Polonorum ejus temporis castigator et cognitione in Italia ac peregrinationibus per Germaniam et Patriam suam Poloniam, plantarum acquisita, et subtilis Botanici illius temporis nomine antecellit prioribus, ita posterioris Simonis Sirenii insigni superatur ipse herbario a Profess. Medicinae Gabr. Joaniccio post mortem Auctoris, edito, quod tamen ut et cetera hujus aevi Herbaria, magis medicinali quam botanico respondet fini. —

Auctores,

Rei Herbariae Polonorum ordine chronologico, nec non opera eorum hujus primae periodi enumerantur:

1. *Simon de Lovitz.*

Ejusdem operi, cui inscribitur: Enchiridion Medicinae pro tyrunculis hujus artis, quam compendiosissime. Per Simonem de Lovitz Artium et Medicinae Doctorem, collectum. — Remedia singulorum morborum ex optimis et celeberrimis rei medices authoribus, quam compendiosissime congesta, secundum seriem Alphabeti. In calce hujus libelli addita est tabula de dosibus solutivorum tam simplicium quam compositorum, in usu apud nos existentium. Cracoviae 1537. 1. die Maji in 8vo. iunctus est:

Aemilius Macer „de Herbarum Virtutibus [38]) cum veris figuris herbarum, Gradationes simplicium cum Nomenclatura et interpretatione Polonica Herbarum et Morborum secundum seriem Alphabeti.“

[38]) Opus quod Neapoli, Venetiis, Parisiis etc. reimprimebatur; non potuit in Polonia magnum sibi non acquirere ambitum, et sequentes lucrari versus:

Mortuus ille Macer post plurima lustra revixit
Exuit et veteri membra novata situ.
Squallidus in faciem rediit formamque priorem
Major et est illi, quam fuit ante decor.
Ille docet frutices producente natura salubres
Herba quid innati, quaeque vigoris habet.
Duo mala praesidio morborum fugetur,
Quaque valetudo restituatur ope.

Summa nempe tunc temporis gaudebat fama Aemilii Macri opus dictum. Verus Aemilius Macer (teste Jo. Antonio Bumaldo pag. 19. Biblioth. Botanica Bononiae 1657.) Veronensis, naturalis fuit Philosophus et Poëta, multa non tantum de animalibus, sed et de Herbis, carmine scripsit, de quo Ovidius lib. I. de Trist.

Saepe suas volucres legit mihi grandior aevo:
Quaeque nocet serpens, quae juvat herba, Macer.

Illi hac de causa libellus adscribitur quidam carmine hexametro compositus „de Virtutibus Herbarum“ qui a Jo. Atrociano annotationibus locupletatus fuit et impressus Friburgi apud Jo. Fabrum Emmejum Juliacensem 1530. in 8° et Basileae apud Sebast. Henricum 1581. in 8° cum expositione Georgii Pictorii etc. (v. Halleri Bibl. botan. T. I.) Spurius, teste Curtio Sprengel vixit saeculo X.—XII. (conf. C. Sprengel hist. v. herbariae T. I. Amsteladami 1807 p. 225. et fuit miserrimus Monachus, qui se resurexisse contendit et olim vixisse tempore Nasonis. Quid sit genuini quid spurii, quaeritur: (? ? ! !) Meum hic est munus de interpretatione Polonica Simonis de Lovitz dijudicandi. Opus hoc teste Hallero (v. Bibl. Botanicam Tom. I. p. 215.) prodiit primum Cracoviae anno 1532. Editio quam coram me habeo et cujus copiam mihi fecit experientissimus mihique longe ante alios Amicissimus Medic. et Chir. Doctor Carolus Marcinkovscius, Medicus Practicus Posnaniensis felicissimus, simul cum Enchiridio, ita apparuit: „Aemilii Macri de Herbarum Virtutibus,“ sine loco et anno, paginae in uno latere foliatae, Nro. 63 in 8vo minori. Ante ipsum opus gradationes simplicium, Nomenclatura et interpretatio polonica herbarum nostratium. Altera editio quam etiam coram me habeo et est ex Bibl. Reg. et Academ. Vratislav. prodiit Cracoviae anno 1537, Cum Cracoviae in Biblioth.

In calce hujus operis addita est expositio terminorum obscurorum contentorum in hoc opere. Per Simonem de Lovitz Artium et Medicinae Doctorem. Initium operis faciunt:

1. Gradationes simplicium secundum seriem Alphabeti pag. 22. medio sectae.
2. Nomenclatura polonica Herbarum nostratium et nonnullarum exoticarum, secundum seriem Alphabeti. p. 21.
3. Nomenclatura et interpretatio morborum variorum in lingua Polonica p. 5. tum sequitur:

α Aemili Macri de Herbarum virtutibus opus insigne. fol. 63. pag. 126.

β. Interpretatio compendiosissima terminorum obscurorum contentorum in hoc opere. Per Simonem de Lovitz Artium et Medicinae Doctorem ordine Alphabetico, p. 24.

2. *Stephanus Phalimirus, (Stefan, Stefanek Falimierz.)*

Omnium primum edidit herbarium Polonicum, in quo, translatio librorum medicina-

Universitatis editio tantum altera reperiatur et primam nemo Polonorum prioris aevi hanc citant editionem, nec quisquem Polonorum nostri aevi hanc viderit, principatus auctori de re Herbaria Polonica, Simoni de Lovitz negatur, quem restituere studeo, 1) ex citato Halleri supra dicto, 2) ex praefatione ipsius Simonis de Lovitz, 3) ex citato Schnebergeri. 4) ex editione Aemilii Macri „de Herbarum Virtutibus“ I. Cracoviae an. 1532. 8. II. Cracoviae 1537. 8. ut citat etiam et Cel. De Candolle in opere; Regni vegetabilis Systema naturale „Bibliotheca Botanica.“ pag. 71.

lium ex lingua latina in Polonicam ejusdem est; herbarium autem Polonicum totum maximam partem proprio marte compositum sequenti gaudet auctore. De Phalimiro fusius in specialibus disseram. — [39]) (a)

3. *Hieronymus Spitzinski (Hieronim Spiczyński)*

Ejusdem omnium primo Polonico herbario inscribitur:

O ziołach tutecznych i zamorskich i mocy ich a khtemu Księgi lekarskie, wedle rejestru niżéy nowo wypisanego wszem wielmi użyteczne. Cracoviae apud Haeredes Marci Scharfenberger civis ac Bibliopolae Cracoviensis. Anno 1556. in folio minori. [40]) (b)

4. *Antonius Schneberger.*

Ejus praeter alia medicinalia opera est: Catalogus Stirpium quorundam Latine et Polonice conscriptus per Antonium Sehneber-

[39] a) Anno 1534. fol. minori.

(a) Anno 1542. citat Wodzicki in opere suo T. IV. p. 66. aliud herbarium „stary Herbaz“ quae compilatio est prioris.

[40] b) De herbis indigenis et exoticis atque de earum vi, nec non libri medicinales secundum inferius scriptum indicem omnibus valde utiles. Cracoviae apud Haeredes Marci Scharfenberger, Civis ac Bibliopolae Cracoviensis anno 1556. fol. Scripsi ex coram me jacente herbario, — quod amicissimo mihi Clement. de Wilkoński debeo.

(b) Bohemica translatio Matthioli Vilnae cum privilegio Sigismundi Augusti 1561.—1567.

ger Tigurinum, Cracoviae apud Lazarum Andream 1557. mense Februario in 8vo min fo. lia sine pag. utroque lateri insert. N°. 94.

5. *Martinus Siennik, (Marcin Siennik.)*

Correxit priora herbaria et edidit herbarium cui inscribitur:

Herbarz to iest zioł tutecznych postronnych i zamorskich opisanie, co za moc maią, a iako ich używać, tak ku przestrzerzeniu zdrowia ludzkiego, iako ku uzdrowieniu rozmaitych chorób. Teraz nowo wedle Herbarzów dzisieyszego wieku y innych zacnych Medyków poprawiony. Przydano Alexego Pedemontana Księgi osmiory o taiemenych a skrytych lekarstwach etc. w Krakowie w Drukarni Mikołaia Szarfenberga 1568. fol. min. p. 628. [41])

6. *Petrus de Crescentiis (Piotr Krescentyn.)*

Translatio Polonica ejus operis egregii „de Agricultura omnibusque Plantarum, et Animalium generibus, libri XII. etc.“ cui inscribitur polonice:

---

[41]) Herbarium, vel herbarum indigenarum et exoticarum descriptio; de earum vi, applicatione, cum ad conservandam Sanitatem, tum ad varios morbos sanandos. Recenter secundum aevi nostri herbaria et caetoros clarissimos Medicos correctum. Additi sunt libri octo Alex. Pedemontani de medicamentis mysticis. Cracoviae apud Nicolaum Scharfenbergerum an. 1568. fol. min. Scripsi ex coram me jacente herbario, — quod Illust. Adalb. Turscio debeo et cui nec non omnibus pro singulari erga me benevolentia publice vel quam maximas ago gratias.

Piotra Kreczentyna o pomnożeniu i rozkrzewieniu wszelakich pożyków, ksiąg dwoienaście. Ludziom stanu Każdego, ktorzyby się uczciwém gospodarstwem bawili, wielce potrzebne i pożyteczne w Krakowie u Heleny Ungler 1549. altera editio. Teraz na wielu mieyscach, a z niemałą pilnością poprawione i rozszerzone w Krakowie u Stan. Scharfenberga 1571. [42])

7. *Adalbertus Otzko, (Woyciech Oczko.)*

Ejusdem est: Descriptio Herbarum Cracov. 1581.

8. *Casimirus Herka,*
Theologiae et Medicinae Professor.

Ejusdem est: „de Herbis et Cibis,“ haec duo opera non vidi, cel. Jundziłł secutus, cito.

---

[42]) Petri Crescentii de multiplicatione et locupletatione omnium commodorum Libri XII. Statui cuilibet hominum, qui rem rusticam probe exercent necessarii ac utiles, nunc multis in locis singulari diligentia correcti auctique. Cracoviae apud Stan. Scharfenberg 1571. Editio princeps 1549. apud Helenam Viduam Ungler.

In Bononiensi Civitate, miseranda excusa barbarie ad XI. XII. saeculum post Chr. nat., Petrus Crescentius nobilissimus Civis. Philosophiae Medicinae, Legumque peritissimus, Geoponicorum omnium Italicorum princeps, opus supra nomitatum, famosum, quod auctori dictum causavit:

Petrus ubique Pater, Legumque
Bononia mater.

scripsit, quod primum impressum fuit absque anno Lovani, dein Lovani 1473. in fol. mox Vicentii 1490. etc. Pet. Crescentius natus est teste Alb. v. Haller an. 1230.

† *N. Zedora.*

Ei adscribitur: Herbarium Polonicum Varsav. 1595. fol. Polonice p. 483. fig. [43]) (b)

---

[43]) Ita citat Carolus Linnaeus in sua Bibliotheca Botanica p. 27. Albertus von Haller in sua Bibliotheca Botanica ita scribit: N. Zedora Herbarium Polonicum Cracoviae 1595, in fol. polonice, sub hoc autem — Martini Urzendorf Herbarium polonicum Cracov. 1595. fol. Duo haec herbaria ita esse impressa crederem, ut alterum de quo celeb. Curtius Sprengel et Bentkowski loquuntur, nempe: melius scriptum „Marc. Urzędowa" genuinum, primum autem spurium esse; Carolus Linnaeus Varsav., Hallerus Cracoviae eodem anno et ejusdem indolis idem citant opus. Mart. Urzędow Herbarium habet paginas 488. et N. Zedora 484, Herbaria sunt ejusdem anni, Cracoviae, in fol. polonice; vocales eaedem; inde factum esse potuit quod ex male scripto M. Urzędowa, M. Zedora ortum est: U vel omisso, vel ex illo N. facto et Zedora ex Zędowa quam facillime mutato ę in e w. in r. formatum est. De hoc Zedora nisi in hoc utroque lego opere, nec vidi opus ipsum.

(b) Crux. †, notat Auctorem ante quem sit, esse incertum. (c)

(c) Anno 1592. collocandum habuerim Adamum Zuluzanium, quem Adanson, Necker et Duclos opera s. cit. Polonum vocant, imo Sołtykowicz in opere s. c. ita disserit. „Taż sama iescze Ziemia Polska, „Matką iest Załuziańskiego, XVII. Wieku Pisarza, „który acz mało dzisieyszym uczonym znany, sła-„wnego iednak i głośnego po całym świecie Lineusza, „honorem odkrycia płci roślinnéy daleko wy-„przedził, i dziełem swoiém w Pradze wydaméu „nowy Układ Botaniki światu oznaymił. Nie tra-„fił on, nieszczęściem, ieszcze na czasi mieysce, gdzie-„by ten nadzwyczayny płód Geniuszu iego znalazł „był polubników umieiących go cenić; ale nie był „zapewne Boerhawowi a tém więcéy Lineuszowi „bliższemu naszego Kraiu i Bibliotek iego, niezna-„nym; z których każdy do swéy skłonnosci i potrze-„by nie zaniedbał z niego korzystać, kryiąc troskliwie

† *Andreas de Kobylino, (Andrzéy z Kobylina.)* scripsit „Nauka lekarska" et pulchras edidit plantarum tabulas. (cc)

9 *Martinus Ursendovius* [44]). *(Urzędovius (Marcin Urzędow.)*

Hujus veri rei Herbariae Polonorum Castigatoris est herbarium: Herbarz polski to

---

„źrzódło iedyne spływaiącéy na siebie sławy." Enotuit tamen insigni Cel. Alberti v. Haller, Curtii Sprengel, — Sam. Theoph. Linde, nec non Bohuslai Balbini, doctrina, ita testantis" Adamus Zaluzansky de Zaluzan Medicinae Doctor, ejusdemque in Universitate Carolina Professor fuit eximius prorsus arte medendi, nec B o h e m i a e p a t r i a e s u a e a c P r o c e r i b u s, s e d e t i a m externis ac praecipue Brunsuicencibus et Luneburgensibus principibus notus et carus, scripsisse plurima perhibetur, mihi tres libros de Herbis et Methodum rei Herbariae videre contigit" Pragae 1592. „editos latine et Wilhelmo de Rosis dicatos. Item eodem anno Auctoritate Senatus pragensis Apothecariorum regulas et taxas medicinarum vulgavit" (vid. Clar. Voigt in act. lit.) Adamum Zaluzanium Bohemum fuisse. Quis porro Bohemicum Klas pro Polonico Kłos; Zrno pro Ziarno; hliwy, hauby, smrz, holubky, Lisska, hořka, hřib, vocabula polonica declarabit? Haec autem vocabula ad latus operis, Adami Zaluzansky a Zaluzan, cui inscribitur: „Methodus Herbaria Pragae 1592.," quod coram me habeo, scripta sunt.

(cc) Teste Besser in Curt Sprengel „Geschichte der Botanik Altenburg u. Leipz. 1817." B. 1. 337—8. „Selbst die Polen gewannen die Pflanzenkunde lieb: „doch bestand ihre Bemühung bloss in Compilation."

[44]) Herbariam Polonicum de herbarum arborumque variarum natura, nec non de aliis in Medicina adhibendis libri duo, Doctoris Martini Urzędow, Canonici olim Sandomirensis et Eccelentissimi Comitis de Tarnov Castellani Cracoviensis, Capitanei Generalis Legionum Regni Poloniae, Archiatri.

iest o przyrodzeniu ziół i Drzew rozmaitych, i innych rzeczy do Lekarstw należących. Księgi dwoie, Doctora Marcina Urzędowa, Kanonika niekiedy Sędomirskiego: y Jaśnie Oświeconego Hrabie Pana Jana z Tarnowa Kasztelana Krakowskiego i Hetmana wielkiego Koronnego etc. Medyka. w Krakowie w Drukarni Lazarowéy, roku pańskiego 1595, fol. min. p. 488.

Pag. 1. O przyrodzeniu Zioł rozmaiłych Księgi pierwsze Doktora Marcina Urzędowa. ad p. 316. ubi est, do kończenie Ksiąg pierwszyeh

---

Cracoviae 1595. apud Lazarum in fol. min. paginarum est numerus 488. Edidit post mortem Auctoris, Joannes Firlewicz. (d.)

d) Unasw Polscze (mówi M. Urzędow) tá náuká zákryta dotąd byłá, Naszych czásów udał sie ná to ieden, áby pracą swą ludźióm pożytek uczynił: wyłożył źioła ná polsczyznę z łáćińskiego ięzyká, z wielką wprawdźie pracą, iedno że też sam źioł niedobrze z nał, áni podobno tego się uczył pracá iego byłá niepożyteczna, á ráczéy szkodliwa, ponieważ insze źiołá ná polczyznę wykłádał, niżli po łáćinie známionowały: lekárstwá y własnosci źiołóm przypisował té, których niemiáły. Drugi chćiał go poprawić, ale y ten nie wiele wskórał, bo y sam nie wiele mędrszy nád pierwszégo był. Widząc ia tedy, że ludźie się tych ksiąg z wielką chęćią chwyćili, á co więtsza, miásto pomocy, bo szkodę w zdrowiu sobie czynili: otoż z miłości méy przećiw oyczyznie, y chęći przećiw narodowi memu, dla dobrégo ich y użytecznégo, udałem sie ná to, ábym ziołká wiernie z Greckiégo y Łáćinskiégo ięzyká ná polsczyznę wyłożył, mówię té króre są pospolité, w nászych kráinach rostące, á od tak wielu tysięcy lat przećiw niemocóm ludzkim w lékarstwach doświádczone, przy tym y niektóre zioła w Herbarzu Polskim opusczoné, y insze, ktorych starzy Doctorowie nieznali, nászych czásów nálezioné y poznané.

Pag. 317. Owłasnościach przyrodzonych Drzew y niektorych Zioł zamorskich. Przy tym o klijach z Drzew rozmaitych wychodzących: także o kruszcach y inszych rzeczach ku Lekarstwam należących.

Księgi wtore Doktora Marcina Urzędowa.

Aczkolwiek czytelniku miły, ten umysł nasz był, cośmy na początku wspomnieli nie pisać iedno o ziołach, które w naszych stronach rostą: w szakże iż my Polacy obyczay mamy, zioł y Korzenia Zamorskiego używać a to dla naszéy zimnéy krainy; khtemu, że też Stephanek wiele błędow o nich pisał, z dało nam się za potrzebną rzecz, niejako tych rzeczy dotknąć, a to, co o nich starzy Lekarze pisali, z nauki i pisma ich, do wia-

---

* * *

Godźiłoć się było (wprawdźie wspomina J. Firlewicz) doskonálszémi figurámi Herbarz ten ozdobić, y do káżdégo źiołá ich własné figury przydáć. Ale iż áni rzemieslniká tákiégo coby dobrze y pilno zrobić mógł, áni tego coby wiernie w rzezániu dozrzał nie było (Author bowiém dobrze przed wyszćiem tych ksiąg szedł) Czytelnik łáskáwy ná tákich, ná iákiésmy się zdobić mogli, przestánie: ponieważ káżdégo źiołá,kwiat, naśienié y korzeń, liśćié, wzrost, y inszé circumstantię w Herbarzu są opisáné. A iednák różność źiół, z iedney figury się poznáć dobrze nie może, ábowiém, ziele káżdé ináczéy wschodźi, ináczéy kwitnie a ináczéy dostawa się, które figury wszytkié y różność ich kłáśdź y wyráżáć, pracáby byłá nieskończona, ásumpt nie oszácowány.

domości ludziom dla pomocy y Lekarstw podać.

Pag. 395. Wtora część Ksiąg wtorych: o Kruszcach.

Pag. 423. Trzecia część ksiąg wtorych o rzeczach wodnych, albo miekkich, do Lekarstw potrzebnych, których używamy iedząc i piiąc. Pag. 460. koniec herbarza.

[Scripsi ex herbario, quod mihi dono dedit Amicus meus vel quam dilectissimus. Mich. Kolitzki (Kolicki)]

10. *Simon Sirenius, (Szymon Syreniusz - Syreński.)*

Ejusdem est magnum opus, herbarium Polonicum; scriptorum rei Herbariae Polonorum biblia sacra, ei inscribitur:

O przyrodzeniu i użyciu Zioł w Krakowie w Drukarni Bazylego Skalskiego 1613. In fol. majori, med. sect. editum per Gabrielem Joanicki, cura et sumtibus Serenissimae Annae Sigismundi primi Regis Poloniae, Neptis. 1613. [45])

---

[45]) De natura et applicatione Herbarum Cracoviae 1613. apud Basil. Scalscium fol. major. pag. 1555. (e.)

(e) Albertus von Haller citat Simonem Sirenium sequenti modo: „Simonis Syrenii Hieynik herbarsem „Ziczyka Lecinskiego zowia etc. Cracoviae anno „1613. fol. Seguier Warsov. anno 1632. in 8° her„barium polonicum cum figuris ligneis." Ex hoc citato duae apparent Simonis Sirenii herbarii editiones; princeps anno 1613, in fol. altera 1632 in 8vo, quarum ultima, cum totum Syrenii per magnum opus in folio scriptum, et foliorum numerus sit 1535, partialis tantum totius est, hujus operis edi-

Dispositio operis.

1. Pagina I^{ma} D. Simona Syreniusa Księgi pierwsze. Oziołach rozmaitych. O kosacu Rozdział I^{wszy} Pag. 337. Koniec Ksiąg pierwszych.

II. Pag. 337. Księgi wtore o prostych Lekarstwach z Dioskoryda i wielu innych zebrane. Przez D. Simona Syreniusa. O Piołynu rozdział. I^{wszy}

Pag. 636. Dokończenie Ksiąg wtorych.

III. Pag. 637. Księgi III^{cie} Zielnika D. Simona Syreniusa. Modrzewowa gębka. Rozdzal I^{wszy} Pagin. 912. Dokończenie Ksiąg trzecich.

IV. Pag. 913. Księgi IIII^{te} zielnika D. Simona Syreniusa. O życie rozdział I^{wszy} Pag. 1246. Dokończenie Ksiąg czwartych.

V. Pag. 1247. Księgi Vte Zielnika D. Simona Syreniusza. Bukwica rozdział I^{wszy} Pag. 1519. Przydatek do piątych Ksiąg Zielnika Syreniusowego. Przestęp. Biała Macica rozd. 201.

VI. Pag. 1532. adnotatio editoris „Zostały się po śmierci auctorowéy niektóre figury opisanych zioł, ktore on dla starości, bo siedmdziesiąt lat dobrze był przeszedł nie doyzrzał i opuścił. Te się tu położyły i poznaczyły, aby ie mógł sobie każdy z opisaniem ich stosować". — Figurae ibi derelictae sunt decem. Pag. 1535. finis operis.

---

tio — Primus Cel. Bonif. Stansil. Jundziłł contendit, Simonem Sirenium herbarium suum latine conscripsisse. Sed Jundziil secutus est forte Cel. Al-

Secunda Periodus

a Simone Sirenio ad Christophum Kluk (excl.)

vel ab anno 1613 ad annum 1796.

Jam Joannis Bauhini [46]) plantarum cognitio, fratrem ejus Casparum Bauhinum [47])

---

bertum von Haller in cujus Bibliotheca Botanica citatum Hieynik herbarsem Ziczyka Lecinskiègo zowia etc. reperitur. Seguier, qui Hallero talem notitiam communicavit, vel polonice non caluit, nam si caluisset male tanto Viro scriptam non misisset notam, vel typographus bonam notam perverse impressit et Albertus von Haller eam non emendavit. Explico quomodo scribendum esset. Szymona Syreniusza Zielnik, który Herbarzem z ięzyka łacińskiego zowią Hieynik herbarsem Ziczyka Lecinskiégo zowa etc. Simonis Sirenii Hieynik, Sieynik, Zielnik, quem herbarsem Herbarzem polonice, ex lingua latina herbarium, vocant. Inde igitur ex perversa scribendi ratione, qua unum explicatur vocabulum, herbarz nempe, ex latino herbarium, irrepsit error, quasi totum Simonis Syrenii herbarium ex lingua latina in po-

---

[46]) Natu major Jo. Bauhinus 1541 Lugd. nat. Leonardi Fuchsii primum, dein Conradi Gesneri discipulus, quem in helveticis secutus est iteneribus. Galliam Narbonensem, Italiam, Alsatiam totam et Sylvam Martiam peragravit, et opus, quod ab in eunte Juventute incoepit absoluto 32 annorum spatio, perfecit. Scripsit Historiam plant. universalem Ebroduni Tomus tribus I — 1650 — II — III. 1631. fol. latin. opus posthumus J. Bauhinus † Archiater Ducis Wurtembergici 1613.

[47]) Adsidua Caspar. Bauhini diligentia omnia in re Herbaria ordinavit. Natus est 1560. Itinet plura eadem ac frater absolvit. Professor † Basilae 1624. Icones plantarum meliores sunt ac Jo. Bauhini, de-

ad itinera inflammavit, quibus utrumque rei Herbariae universae sidus auctum, Linnaei tantum potuit, sole superari. Novus Americae orbis postquam divitias botanices avido novarum rerum Europeo, Jacobo Cornutio [48]) Medico Parisiensi ostenderat, Carolum Plumierum [49]) Massiliensem ter in Inditiam occidentalem pepulit. Cupiditas rei Herbariae recens in-

---

lonicam versum esset. Talis tamen inscriptio: Simonis Syrennii Hieynik herbarsem Ziczyka Lecińskiègo zowia, nec e me correcta Szymona Syreniusza Zielnik, który herbarzem z ięzyka łacińskiego zowią, nullibi inter Polonos Auctores, nec in ipso Herbario, legi potest. Productum est igitur merae fictionis.

---

terminationes plantarum ejus, imo a Tournefortio receptae sunt. Ejusdem est. Phytopinax, seu enumeratio plantarum ab herbariis descriptarum etc. Vol. I. 4to. Basil. 1596. Animadversiones in historiam generalem plantarum Lugduni editam I. fascic. in 4to. Francofurti 1601. Catalogus plantarum circa Basileam crescentium sponte I. fasc. in 8. Basil. 1622 Prodromus Theatri Botanici in quo Plantae supra DC proponuntur. I. Vol. in 4. ed. I. Francofurti Moen. 1620. edit. II. Basileae 1671. Pinax Theatri Botanici I. Vol. in 4to. Basilae edit. I. 1623. edit. 2. 1671. Theatri Botanici I. Vol. in fol. Basilae 1668.

[48]) Jacobi Cornuti Canadensium aliorumque historia. Parisiis 1635. in 4to.

[49]) Monachus fuit Plumierus Ord. Scti. Francisci, 1646 nat. et 1704 in insula Gadis mortuus. Ter in Iudiam occidentalem itinera fecit. Ejusdem est: Description des plantes de l'Amerique. I. Vol. in fol. Paris 1693 et 1713. Nova plantarum Americanarum genera I. Vol. in 4. Parisiis Traité des fongeres de l'Amerique. I. Vol. in fol. Paris 1733. Plantae Americanae a C. Plumier detectae etc. Joan. Burmanno editae 5. fasc. in Fol. Amstelod. 1755.

censa, Paulum Hermanum [50]) in insulam Zeylon et Promontorium Bonae spei ire jussit, peregrinatorem Russiae, regionum maris Caspici, Persiae, Arabiae, Indostani, Coromandeli, riparumque Gangis, Javae, Sumatrae, Siami Japanive, Engelbertum Kämpferum [51]) provocavit et Graeciae hospitem Joannem Christoph. Buxbaumium [52]) produxit.

[50]) Paulus Hermannus Saxo Halensis fuit. nat. 1640. Medicus Societatis Batavae in India orientali; ejusdem est: Horti Luguno-Batavi catalogus I. Vol. in 8. Lugd. Bat. 1687, Florae Lugdono-Batavae flores ed. L. Zubach I. Vol. Lugduni-Batav. 1690 in 8vo. Paradisi Batavi prodromus ed. E. Warton in 12. Amstelodami 1689. Paradisus Batavus opus posthumum ed. G. Sherard in 4. Lugduni 1698. Ed. II. Lugdb. 1705 mut. inscriptione sola. Musaeum Zeylanicum seu Catalogus Plantarum Zoylanae I. Vol. in 8. Leidae 1714. odidit. II. 1726. Musaei Indici Catalogus in 8vo Leidae 1711. Cynosura materiae medicae ante 16. annos in lucem emissa curante T. Boeckero continuata I. Vol. in 4. Argent. 1726. DC. pa. Bot

[51]) Engelbertus Kaempferus Lemgoviae 1651. nat. primus Regiomonti, dein Upsaliae arti medicae et Botanicae addiscendae operam navavit. Anno 1683. Ludovicum Fabricium Legatum Regis Suecie apud Persas concommitatus est. Totam Asispatio decem annorum peragravit. Scripsit opus cui inscribitur: Amoenitates exoticae Fasc. I. Vol. in 4. Lemgoviae 1712. Geschichte und Beschreibung von Japan in 4. Lemgo Lib. I. 1777. II. 1779. — Vers. anglica by J. G. Scheuchzer II. Vol. in fol. London 1728. Icones selectae plantarum etc. I. Vol. in fol. Londini 1791.

[52]) Merseburgi an. 1694. natus est Jo. Christ. Buxbaumius. Absolutis Lipsiae, Jenae et Wittenbergae studiis academicis, Comiti Alexandro Romanzow commendatus multa fecisset, nisi Amoris Petropoli persecutus lasciviis mature, ubi natus fuit anno 1730 †. Ejusdem est: enumeratio plantarum in agro Hallensi crescentium I. Vol. in 8vo Halae 1721. Plantarum minus cognitarum Centuriae quinque in 4. Petrop. I. II. 1728. III. 1729. IV. 1733. V. 1740.

vastissimae Russiae regiones novum adhuc sibi expectabant Appollinem, quem in Gmellino [53]) nec non Pallasio, [54]) orientales peragrantem provincias in et Güldenstädtio, Georgiae, Persiae et Volgae vicinas adeuntem terras; Falkio nec non Lepechino in Orenburgum et Davuriam montemque Uralum venientes, et ultimum in Russiae europeae boreales partes peregrinantem invenerunt. Ita una ex parte tam honorabiles exorti sunt orbis terrarum hospites, qui in Patriam veluti apes ex immenso pratorum, montium, collium, sylvarum, hortorum, camporumque ambitu mel gratum, plantarum colligebant thesaurum;

[53]) Joh. Georg Gmelin cujus opera enumerare initiavit De Carl Ludwig Wildenow, vid. Geschichte der Wissenschaft im Grundriss der Kräuterkunde p. 507. et meam seq. notam 73.

[54]) Eques Petrus Simon Pallas Berolini natus; Petropolim domicilium sibi elegit et sumtu Serenissimae Imperatricis Catharinae II. Rossiam lustravit Asiaticam, ejusdem est: enumeratio plantarum in horto P. A. Demidof etc. I. Vol. in 8vo. Petropoli 1781. Flora Rossica in fol. Petropoli I. 1784. II. Reise durch verschiedene Provinzen des russischen Reichs. Vol. tria. in 4. Petersburg. I. 1771. II. 1773. III. 1776. Voyages dans l'Empire Russ. 8. Vol. in 8. avec atlas in 4. Paris 1795. Species Astragalorum descriptae et iconibus illustrate. I. Vol. in fol. Lipsiae 1800. Neue nordische Beiträge etc. 7 Vol. Petersburg und Leipzig 1781 — 1796.

altera ex parte, nitidissimis, domestica tranquillitate muniti viri, collectas divitias exornabant tabulis. Inter alios distinguendus est Elisabeth Blackwell, Bartholom. Zorn, J. J. Plenk nec non chalcographus Matheus Meriani, cujus in historia rei Herbariae et naturali Joannis Jonstoni tabularum admiratur splendor et cujus filia cel Maria Sybilla Meriani Surinam permensa colitur. Huic immenso corpori magna adhuc defuit anima, quae in χαὺς vitam inflaverit organicam. Andreas Caesalpinus [55]) Adamus Zaluzanius [56]) Josephus Pithon Tournefortius, [57]) Vaillan-

[55]) Andreas Caesalpinus primus omnum systematicam rei herbariae formam tribuere sategit. Lobeius systema ejus naturale auxit et Clusius firmibus struxit legibus; ejusdem est; De plantis libr. XVI. I. Vol. in 4. Florentiae 1783; Appendix ad libros de plantis I. fasc. in 4. Romae 1603.

[56]) Adamus Zaluzansky ejusdem est: Methodi herbariae libri tres. in 4. Pragae 1592. ult. edit. Francof. 1604.

[57]) Josephus Pitton de Tournefort, e nobili gente ortus, Aquis Sextiis an. 1656 natus est. Hic immortalis vir, primum studuit Theologiae, dein totum se rei Herbariae studio consecravit. Multa instituit itinera; ejusdem est: Elemens de Botanique. III Vol. in 8. Paris 1684. De optima methodo in re herbaria, in 8. Paris 1697. Histoire de plantes qui naissent aux environs de Paris I. Vol. in 12. Paris 1698. Edit. altera revue par Bern. de Jousieu II Vol. 12. 1725. Edit. anglaise J. Martyn. II Vol. in 8. London 1732. Institutiones rei herbariae III Vol. in 4. Paris 1717 et 1719. Cur. Ant. de Jussieu; Corollarium institutionem rei herbariae in 4. Paris 1705. Relation d'un voyage de Levant II Vol. in 4. Paris 1717. Ed. anglaise III

tius, [58]) Dillenius, [59]) Michelli, [60]) Linnaeus, [61]) Hedwigius [62]) etc. huic fini vel

Vol. in 8. London 1741. Traité de la matière medicle, mis au jour par Bernier. II Vol. in 12. Paris 1717. ed. angl. in 8. London 1716. Abrégé des élemens de Botanique I Vol. in 12. Avignon 1742.

[58]) Sebastian Vaillant nat. 1669 † 1722. Defectum Systematis Tournefortii detegit et novas species determinavit; ejusdem est: Discours sur la structure des fleurs, gall. et lat. in H. Leidae 1718. 1728. Botanicon parisiense, operi majoris prodromus I. Vol. in 8. Lugdb. 1725 in 12. 1745. Botanicon parisiense I. Vol. in fol. Leidae 1727. (dénombrement par ordre alphabetique des plantes qui se trouvent dans les environs de Paris.)

[59]) Jo. Jacobas Dillenius Darmstadii 1684. natus ejusdem est: Catalogus plantarum sponte circa Gissam nascentium, cum appendice I. Vol. in 8. Francof. ad Rhen. 1719. Hortus Elthamensis II. Vol. in fol. Londini 1732. Historia Muscorum I. Vol. in 4. Oxonii 1741. ed. II. London 1763.

[60]) Petrus Antonius Micheli, pauper Hortulanus, sed industria et ingenio dives, subtilisque naturae Scrutator natus est 1679 † 1737; ejusdem est. Relazione dell' erba orobanche o succiamele in 8. Firenze 1723. Nova plantarum genera I. Vol. in fol. Florentiae 1729. Catalogus plantarum horti Horentini I. Vol. in 4. Florent. 1748.

[61]) Cum nemine nisi cum Aristotele, teste Curt. Sprengel conferendus Eques Carolus Linaeus ruri Rashult in regione Smaland 23. Maji 1707. natus

[62]) Joannes Hedwig. Ea, quae Carolus Linnaeus corpora foeminea in muscis declaravit, masculina invenit; capsulas autem seminales organa statuit

quam maxime responderunt. Ast in Polonia, quando tantos terra alibi edebat viros, unus tantum majoris momenti Joannes Jonstonus natione Polonus, Medicus Physicus Lesnensis, Polyhistor apparuit. Musae enim Polonorum admodum tenerae, horrore armorum perterritae I. Floras incipientes colligere stirpes Poloniae campis vallibusve, in montes colqueles vicinorum fugaverunt et rem herbariam apud alias colluerunt nationes. Alia itaque ac prorsus alia est indoles hujus II. periodi, rei Herbariae Polonorum ac prioris. Nec viam per Simonem de Lovitz incoeptam, per

Juvenis maxime pauper a patre persecutus, nisi theologus certe sutor futurus, caritatem Wexloe Rothmanni, lucratus 1727. Lundinensem Universitatem medicinae studiosus adivit, Olei-Celsi et Rudbeckii clementia sustentatus. Systema Sexuale Vaillanti et Blairii eum vel quam maxime incendit et ingenium ejus immortale compellit ut varia perillustria struxerit opera, vid. Cel. Alb. v. Haller, Curt. Sprengel, De Cand., *Bibl. Bot.* in operi. citatis.

masculina. Quantas fecerit observationes in filicibus, lichenibus, et fungis, posteri laete judicabunt. Ejusdem est: Fundamentum historiae naturalis muscorum frondosorum. Partes II. in 4. Lipsiae 1782. Theoria generationis plantarum cryptogamicarum I. Vol. in 4 Petropeli 1784. Theoria etc. retracta et aucta I. Vol. in 4. Lipsiae 1798. Descriptio et adumbratio muscorum frondosorum IV. Vol. in fol. Lipsiae I. 1787. II. 1789. III. 1792. IV. 1797. De Fibrae Vegetabilis ortu in 4. Lipsiae 1789. Sammlung seiner Abhandlungen über botanisch-ökonomische Gegenstände. II. Vol. 8. Lipsiae 1797. Species muscorum frondosorum opus posthumum editum a F. Schwaegr. I. Vol. in 4. Lipsiae 1801.

Martinum Urzędovium calcatam et quam latissime per Simonem Sirenium apertam prius Poloni continuaverunt, donec et ipsi cum olim cultis scientiis in interitam ruentes, tempus atavum et pristinam majestatis Regni sui lapsu patriae obumbratam retro conspexerint gloriam iterumque nati fuerint. Auctores itaque rei Herbariae Polonorum hujus periodi excepto Joanne Jonstono, Andreas Knöffel, Martinus Bernitz, Gabriel (Rsontzyński), (Rzączyński) J. T. Klein, Crist. Henricus Erndtel, parvam in solo Polono botanicam facientes messim, cum scriptoribus periodi I. non sunt comparandi. —

Auctores.

Periodi II. historiae rei Herbariae Polonorum sunt sequentes:

1. *Joannes Jonstonus,*

Doct. Medicinae Physicus Lesnensis, Polihistor. [63])

Scripsit varia, varii argumenti, opera mere botanica sunt excepto 1. sequentia:

1. Thaumatographia naturalis in decem classes divisa in quibus admiranda caeli, elementorum, meteorum, fossilium, plantarum, quadrupedum, ex-

[63]) Praeter haec botanica opera scripsit J. Jonstonus et alia historiae naturalis argumenta, quae alio in loco investigabo. (Confer. Roczn. Towarzystw. Warszaw. Tom. VII. K., 132 — 151. ubi Cel. Med. Doct. Arnold, vitam J. Jonstonii egregie descripsit.

sanguium, piscium, hominis etc. Amstelodami apud Jo. Jansonium 1630. 12. [64])
2. De Theriaca Andromachi, Lugdui Batavorum 1634.
3. Syntagmatis Dendrologici specimen Lesnae Polonorum 1645. in 4to.
4. Notitia regni vegetabilis, seu plantarum a veteribus observatarum cum synonymis graecis et latinis, obscurioribusque differentiis in suas classes redacta series. Lipsiae apud Vit. Jacob Trescher 1661. in 8vo
5. Dendrologia sive Historiae naturalis de arboribus et fruticibus tam nostri quam peregrini orbis Libri X. figuris aeneis adornati et ex veterum ac neotericorum commentariis propriaque observatione summa fide concinnati. Francofurti ad Moenum, sumptibus Haeredum Matthaei Meriani anno 1662. fol. adjectus est in fine operis index locupletissimus. Cum gratia et privilegio Sacrae Cesar. Maj. — Pag. 477. tab. 137. — altera editio quam coram me propriam habeo est: Historiae naturalis de arboribus et Plantis Lib. X.

[64]) Editiones Thaumatographiae: I. Amstelodami apud Jansonium. 1630. 12. II. an. 1632. 12. III. an. 1633, in 12. quam Dordraci dedit, et quae in bibliotheca Regia et Academica Vratisl. reperitur. IV. ann. 1661. 12. Vratisl. et Amstel. 1668. 8. secund. Albert. v. Haller. 12. Celeb. Dandolle citat in Opere R. Veget. S. Nat. Par. 1818. tantum Editionem Notitiae Regni vegetabilis. Vol. 12. Lipsiae 1661. et Dendrographiae. Francof. 1662. II. edit. 1767. 1768.

cum tabulis 137. ab illo celeberrimo Matthia Meriani, aeri incisis ornati, ex scriptoribus tam antiquis quam recentioribus maxima cura collecti; quos ob raritatem denuo imprimendos suscepit Fr. Joseph Eckebrecht Bibliopola Heilbrunensis Tom. I. anno 1768 in fol. Tom II. 1768 in fol. quorum Tom. I. folia 214. tabul. 58 figuras 434., Tom. II. fol. 265. tab. 79. figur. 597. I. II. fig. 1034.
6. Historia de Herbis et Plantis desideratur.

2. *Simon Pauli.* [65])

In Viridiario hujus reperitur:
α Adonis Varsoviensis 1651.
β Adonidis hujus appendix.
γ Adonis Warsoviensis sub Arce.
δ Flora Varsoviensis.

3. *Andreas Knöffelius.* [66])

Ejusdem est: Catalogus Plantarum indigenarum et exoticarum. Haffniae 1651.

4. *Martinus Bernitz*
Casimiri III. Regis Poloniae Archiater.

Ejusdem est: Catalogus Plantarum tam exoticarum quam indigenarum, quae anno 1651. in hortis Regiis Varsaviae et circa ean-

[65]) Vide Car. Linnaei Bibl. Botanicam. p. 21. 36. 48. 69. 70. 71. 74. 78. 79. 86. 92. 97. 143.

[66]) Curtii Sprengel Historia rei Herbariae. Tom. II. Amst. 1807. p, 133.

dem in solis sylvaticis, pratensibus, arenosis et paludosis nascuntur, collectarum exhibitus, Sereniss. ae Potent. DD. Jo. Cas. III. etc. — Gedani 1632.

5. *Jacobus Theodorus Klein,*
Secretarius Gedanensis acad. Scient. Londinensis sodalis.

Varia varii argumenti scripsit opera, hic pertinet:

1. Fasciculus plantarum variorum et exoticarum.
2. Tithymaloides frutescens Nerifolio? nec Cacalia nec Cacaliastrum cum fig. Gedani 1730. 4.
3. Dubia circa plantarum maritimarum fabricam. Lipsiae apud Hartknoch 4to 1755. —

6. *Gabr. Rsontzinski (Rzączyński)* e. S. J. (d)

Ejusdem est:

1. „Historia naturalis curiosa Regni Poloniae M. Duc. Lituaniae annexarumque provinciarum in tractatus XX. divisa ex scriptoribus probatis servata, primigenia eorum, frasi, in locis plurimis ex M. SS. variis testibus oculatis, relationibus, fide dignis experimentis desumpta opera Petro Gabr. Rzączyński S. J. Sandomiri typis Collegii S. J. anno 1721. in 4to pag. 456.
2. Acutuarium Historiae Naturalis Curiosae Regni Polonicae M. Duc. Lit. annexarumque provinciarum in puncta XII etc. opus posthumum P. Gabr. Rzączyński sine loci et anni indic. pag. 504.)

(d) Cujus rarissimi operis fecit mihi copiam Ill. Petrus de Stravinski. — Cui palam v. q. max. ago gratias.

7. *Christ. Henric. Erndtel.*
Fred. Augusti Reg. Pol. archiater.

Scripsit varia hic seligo: opusculum, quod inscribitur:

Viridiarium Warsaviense sive Catalogus Plantarum circa Warsaviam nascentium Auctore Chr. Henr. Erndtelo Philos. et Medic. Professore. S. R. Maj. Polon et Elect. Saxon. Archiatri et Nat. Curios. Collega Dresdae apud J. O. Zimmermanni haeredes et J. N. Gerlachium 1730. 4. p. 132.

8. *Joannes Emmanuel Gilibert.*
Med. Doct. Coll. Reg. Med. Lugd. Profes.

Ejusdem est:

Floria Lituanica inchoata (e) ex plantis, quas circa Grodnam collegit et determinavit. Jo. Emanuel Gilibert, Facult. Med. Monspelianae M. D. Coll. Reg. Med. Lugd. Professor aggregatus, Regis

(e) Alia opera hujus Autoris; α. Car. Linnaei systema plantarum Europae II. Vol. in 8. Lugduni 1785. β. Caroli Linnaei Fundamenta botanica. II. Vol. in 8. Lugduni 1786. γ. Histoire des plantes d'Europe ou Elemens de Botanique practique. II. Vol. in 8. 1807. δ. Calendrier de Flore pour l'an 1778, autour de Lyon I. Vol. in 8. Lyon 1809. Flora Grodnensis reperitur etiam in ejus „Systema plantarum Europae."

Poloniae Consiliarius, nec non Medicus Ordinarius. M. D. Lituaniae Physicus Grodnae. Typis X. S. R. M. 1781. in 8. Collect. 1 — 2. Vilnae 1782. in 8. Col. 3 — 4.

Tertia Periodus

a Christopho Kluk ad nostra tempora

vel ab anno 1796 — 1825.

Polonorum res Herbaria crassa post interitum Regni obstructa esset caligine, et studiorum amor evanuisset, nisi tandem apparuissent viri, qui Simonis de Lovitz, Martini Urzędów Simonis Sirenii et Joan. Jonstoni vestigiis insistentes, pristinam gloriam vindicarunt, vindicatae cumulum addiderunt: his Kluk et Jundziłł jure meritoque adnumerandi. Jam variis exterae gentes gaudebant Floris, nam Silesiacam Joh. Chr. Comes de Matuschka,[67]) Borussicam post Loezelii,[68]) Helvingii,[69]) Jo. Gotschedi[70]) celeb. opera, Jo.

[67]) Flora Silesiaca I-II. Vol. 8. Vratisl. 1770. 1777.

[68]) Joannes Loeselius Brandenburgicus Prof. Regiomontanus (nat. 1807 † 1636) Cujus opus edere filius curavit. Regiomonti 1664.

[69]) Georg Andreas Hellwing, praeco sacor Angerburgensis (nat. 1666. † 1748. ejusdem est. „Flora quasi modo genita.“ Gedan. 1712. 4.

[70]) Jo. Gottsched Prof. Regiomontanns edidit „Floram Prussicam“ Regiomonti 1703. in 4. Opus egregium.

Chr. Wulf,[71]) Gedanensem, Gothf. Reyger,[72]) Sibiricam summo labore Jo. Gmelinus,[73]) Rossicam P. Sim. Palasius[74]) Austr. Nic. Jos. v. Jacquin[75]) composuere; cum Polonia post multa discrimina rerum in medium tandem produxit viros, qui patriae Florae conscribendae sese accinxerunt. Bon. St. Jundziłł inchoatam jam a Jo. Emm. Giliberto Lituanicam Floram ad finem perduxit. Elapsis vero octodecim annis S. F. G. Besser primitias Florae utriusq. Galliciae excudendas curavit. Ant. Andrzejowski

[71]) Joan. Christ. Wulff ejusdem est; Borussiae Flora. Regiom. 1765. Merns est Catalogus juxta familias naturales Gerardi.

[72]) Gothofr. Reyger Medicus (nat. 1704. † 1788. Ejusdem est: „Tentamen Florae Borussicae,“ Vol. I. II. Dantisci 1764.-1766. 8.

[73]) Jo. Georgius Gmelin Tubingensis (nat. 1709. 1755.) Ab anno 1727. Petropoli habitavit. Eo praeside, societas virorum doctorum varias orientis regiones peragravit. Stephanus Kraszennikow peninsulam lustravit Kamszatkam, Stellerus et Beringius ipsum Americam occidentalem adiverunt. J. G. Gmelinus et Gerard. Frid. Müller nec non Ludovicus de l'Islio. de la Croyere omnes Liberiae Provincias viserunt. Ejusdem est. „Flora Sibirica“ IV. Vol. in 4. Petropoli I. 1747. II. 1749. III. edit. Sam. Gottl. Gmelin 1758. IV. 1769. Sermo de novorum vegetabilem post creationem divinam exortu. 8. Tubingae 1749. IV. Vol. 8. Göttingae 1751. 1752. Dissertatio de Rhabarbaro officinarum. 4. Tubingae 1732. Dissertatio de Coffea. 4. Tubingae 1752.

[74]) Confer. notam 35.

[75]) Enumeratio Stirpium quae sponte crescunt in agro Vindobonensi. I. Vol. in 8. Vindobonae. 1761.

enumeravit plantas, quae crescunt inter Hypanim et Tyram a Zbrucza usq. ad Pontum Euxinum. Desideratur adhuc Flora omnium Poloniae terrarum plantas comprehendens. Atquin optima animum spes fovet, ut et haec brevi omnibus affulgeat, haud indigna forte, quae Potentissimi Imperatoris omnis Russiae Regis Poloniae, Felicissimi, Inclytissimi semper Augusti Majestatem rite decoret. Ceterae Scientiae Botanices partes summa absolvuntur industria. Nam Physiologia botanica, quam ante plures jam annos concinnavit Celeb. Bonif. Stanisl. Jundziłł, adimpletur, ratione aevi nostri digna Rei Herbariae gloria. Species Plantarum vel quam exactissime elaborantur, Lexicon botanicum omnes scientiae botanices partes comprehensurum summa industria perficitur. Jam audio vocem altam, vocem me compellantem. „Mox „Polonos in elaborandis iis, quae celeb. excul„tarum nationum viris immortalitatem compa„raverint, operibus, ad summum gloriae fasti„gium perventuros.“

Vos itaque Schubert, Skarbeck, Wodzicki, Besser, Andrzejowski, Dziarkowski viri spectatissimi iique desideratissimi, quorum nomina fatis Botanicae rite initiata, nequaquam fieri potest, quominus a posteris digno afficiantur honore, vos iterum iterumq. precibus obtestor atque obsecro, ut eadem via, cui vosmet faustis ominibus commisistis, longius progredi velitis, ac coeptum jamjamque profligatum opus junctis viribus perficiatis.

Auctores et opera eorum IIItiae Periodi.

1. *Cristophus Kluk. S. P.*
Curatus Cichanoviensis Canonicus Krusvicensis.

Ejusdem est:

1. Roslin potrzebnych, wygodnych, [76]) osobliwie krajowych, albo które w kraju użyteczne bydź mogą, utrzymanie, rozmnożenie i użycie, w Warszawie w Drukarni Xięży Piiarow 1777 — 1780. in 8. Tom. I. II. III.
2. Botanika dla szkół narodowych w Warszawie 1785. in 8. z figurami.
3. Dykcyonarz Roslinny, w którym podług układu Linneusza są opisane rosliny nie tylko krajowe, dzikie, pożyteczne albo szkodliwe, na roli w ogrodach, orangeryach utrzymywane, ale oraz i cudzoziemskie, któreby w kraju pożyteczne bydź mogły, albo z których mamy lekarstwa, Korzenie, farby i. t. d. albo, które jakową nadzwyczayność w sobie maią z poprzedzaiącym wykładem słów botanicznych, i kilkorakiem na końcu regestrem w Warszawie w Drukarni XX. Pijarow 1786., in 8. Tom. I. II. III.

---

[76]) 1, Plantarum necessariurum, utilium vel praecipue indigenarum, nec non quae domi propagari possint, cultura et usus Varsav. 1777. 1780. Vol. I. II. III. in 8.

2. Res Herbaria Scholis scripta nationalibus. Varsav. 1785. 8. cum Fig.

3. Lexicon botanicum secundum Linnai Systema concinnatum, ubi non solum indigenae, sylvestres, utiles vel noxiae verum etiam exoticae plantae, quae in patria cultura propagari possint, ex

2. *Remigius Ladowski* (*Ładowski.*) S.P.[77])

Ejusdem est:

1. Historya naturalna Królestwa Polskiego, czyli zbiór krótki przez Alfabet ułożony, zwierząt, roslin i minerałow, znayduią cych się w Polscze, Litwie i Prowincyach odpadłych, zebrana z pisarzow godnych wiary przez X. Ładowskiego S. P. w Krakowie u Grebla 1783. in 8. 206. Stron. II. ed. w Krakowie 1804. 8. Tom. I. II. Germanice vertit Bockshammerus.
2. Dykcyonarz służący do poznania hisoryi naturalnéy i różnych osobliwszych starożytności, które ciekawi w gabinetach znayduią, z francuzkiego przełożony przez X. Ładowskiego w. K Krakowie w Drukarni Ign. Grebla 1783. in 8. Tom. I. II.

3. *Bonifacius, Stanislaus Jundziłł.* S.P.

Concinnavit:

1. Opisanie roslin W. X. Litewskiego naturalnie rosnących według układu Lineuszowego przez X. B. S. Jundziłła

---

quibus modicamenta, aromata et materiem habemus tinctoriam, describuntnr. Vars. in 8. Vol. I. II. III. 1786.

---

[77]) Historiam Naturalem Regni Poloniae alphabetica serie concinavit Remig. Ladowski, (Ładowski) Crac. 1783. 8. p. 206. II. edit. Crac. 1804. 8. Vol. I. II.

2. Lexicon manuale historiae etc. e Gallico. Cracov. 1783. 8, Vol. I. II.

w Wilnie w Drukarni XX. Pijarów 1791. in 8. 571. stron. II. ed. w Wilnie 1811.[78])

2. Początki Bonaniki, Fizyologia roslin, nauka wyrazów przez X. Bonif. Stanisława Jundziłła w Warszawie u XX. Pijarów 1804. in 8. Tom. I. II. 113 i 112. stron. II. ed. Początki Botaniki przez X. Bonif. Stanisława Jundziłła wydanie drugie w Wilnie nakładem i Drukiem Jozefa Zawadzkiego 1818. T. I.
3. Wiadomość o migdałach ziemnych częścią z xiążecki nemieckiéy Jana Ludwika Christ plebana w Kronsberg. w Krakowie u Maja 1801. in 8vo. 23. Stron.

4. *J. Dziarkowski*, Med. Doct.

Scripsit:

Wybór roslin krajowych dla okazania skutków Lekarskich, ku użytkowi dómowemn przez J. Dziarkowskiego [79]) w Warszawie ed. I. 1808. II. 1813. III. 1821. in 8.

---

[78]) 1. Synopsis plantarum Magni Ducatus Lithu. sponte crescentium, secundúm Systema Linnaei. Vilnae 1791. 8. p. 371. II. ed. Vilnae 1811. in I. ed. reperitur praefatio, historiam rei Herb. in Pol. comprehendens.

2. Elementa Botanices, Physiologia plantarum, Terminologia. Varsav. 1804. Vol. I. II. pag. 113. 112. II. ed. Vilnae 1818. 8.

3. De Amygdalis terrestribus aliquam partem e Germanico.

[79]) Selecta plantarum indigenarum, causa demonstrandae earum virtutls medicae scripta. Varsav. 1803. II. edit. 1808. II. ed. 1821.

5. *S. J. Besser,*
Med. Doctor, rei Herbariae in Lyceo Volhyniae Professor.

Ejusdem est opus:
1. Primitiae Florae Galitianae Austriacae utriusque. Enchiridion ad excursiones botanicas. Viennae 1809. in 8. pars I. Monandria — Polyandria, pars II. Didynamia - Dioecia.
2. Enumeratio plantarum Volhyniae.

6. *M. Szubert,*
Prof. rei Herbariae in Reg. Universitate Varsaviensi, Director Horti Botanici Varsaviensis, Regiae Litter. Societ. Vars. sodalis.

Ejusdem est:
1. Spis roslin ogrodu botanicznego [80]) Król. Warszawskiego Uniwersytetu wydany przez M. Szuberta Prof. Botaniki Dyrektora ogrodu Botanicznego, Członka Towarzystwa przyjaciół nauk w Warszawie 1820. in 8. 156. Str.
2. Variae botanici argumenti dissertationes.

7. *Antonius Andrzejowski.*

Ejusdem est:
Rys botaniczny krain zwiedzonych w podróżach pomiedzy Bohem i Dniestrem od Zbruczy aż do morza czarnego odbytych w latach 1814. 1816. 1818.

[80]) Enumeratio plantarum Reg. Horti Botanici Univers. Varsav. 1820. 8. p. 136.

1822. [81]) przez Antoniego Andrzejowskiego Pomocnika Nauczyciela Zoologii i Botaniki w Lyceum wołyńskiém. Wilno nakładem i drukiem Jozefa Zawadzkiego Typografa Imperatorskiego Universytetu 1823. in 8. str. 126.

8 *Stanislaus Wodzitzki (Stanisław Wodzicki).*

Ejusdem est:
O chodowaniu użytku, mnożeniu i poznawaniu Drzew [82]) Krzewów i Ziół celnieyszych, ku ozdobie ogrodów, przy zastusowaniu do naszéy strefy. Dzieło miłosnikom ogrodów poźwięcone przez Stanisława Wodzickiego Tomy Cztery, w Krakowie u Jozefa Mateckiego, ostatni 1825. in 8.

9. *Franc. Ed. Felix Jarosz,*
Varsavia - Polonus.

Ejusdem est:
Dissertatio, „Plantae novae capenses.“ Berolini 1821. in 8. p. 24.

[81]) Enumeratio plantarum collectarum an. 1814. 1816. 1818. 1822. inter Hypanim et Tyram a Zbrucza ad Pontum Euxinum auctore Ant. Andrzejowski adsistente Prof. Zoologiae et Botanices in Lyceo Volhyniae. Vilnae 1823. 8. p. 126.

[82]) De Cultura, multiplicatione et diagnosi Arborum, fruticum et herbarum principalium.... cum applicationis modo ad nostrum Clima. Auct. Stanisl. Wodzitzki (Wodzicki) Vol. I. II. III. IV. Cracov. 1825. 7. maj.

10. *Josephus Strumiłła.*

Ejusdem est:

I. O Ogrodach północnych przez Jozefa Strumiłłę [83])

Horti in Polonia botanici.

In Polonia teste Martino Urzędow jam Saeculo XVI. horti in Polonia culti fuerunt. Hortus Regius Varsaviensis teste cel. Curtio Sprengel jam 1652. floruit.

Fundationes botanicorum in Polonia hortorum. [84])

Hortus botanicus Cracoviensis, Regnante Stanislao Augusto, fundatus est Primatis Poniatowski cura anno 1774. Primus omnium Professor rei Herbariae fuit Jaskiewitz (Jaskiewicz), illum secutus est, Scheidtel, cui Schultes successit. Ad nostram diem, docet adhuc Cracoviae rem Herbariam Oestreicher. — Hortulani fuere: Keiser, Polaczek, Chladek.

II. Hortus botanicus Vilnensis.

Imperante eodem Rege Stanislao Augusto fundatus et per Jo. Emmanuelem Gilibert ordinatus est. Qui curam fundationis gessit, Rex Gilibertum e Gallia, primum Professorem rei

---

[83]) De hortis septentrionalibus Auctore Josepho Strumiłła.

[84]) Vid. Wodzitzki. V. VI. p. 60.-96.

Herbariae Vilnae fecit. Illi Giliberto successit. Ben. Stanislaus Jundziłł. Utinam longe vivat et adimplenda, adimpleat!

III. Hortus botanicus Krsemieniecensis (w Krzemieńcu.)

Cura cel. Thadaei Tzatzki (Czacki) fundatus. Primus omnium Professor S. J. G. Besser.

IV. Hortus botanicus Varsaviensis.

In omne tempus, horti hujus, cura Serenissimi Imperatoris Alexandri I. Regis Poloniae nec non Ejus munificentissima Clementia ante aliquot annos fundati, in annalibus rei Herbariae Polonicae scripta sunt nomina, cum Augustissimi Fundatoris, tum primi Professoris ill. M. Szubert.

(De hortis in specie pars illustrabit altera.)

Hanc generalem rei Herbariae in Polonia, a suis initiis ad nostra tempora a me concinnatam historiam, duo claudunt egregia, Excellentissimae Ducissae Jasabellae de Tzartoryiska (Czartoryiska) et Illustrissimi Comitis de Skarbek, nomina, quorum illa, de methodo hortum condendi, ille de theoretica et practica re rustica Polonica tractavit. Utinam duo haec insignia nomina, rei herbariae Polonicae historiam fortiter muniant, ne quis indigne in seriem ejus Auctorum irrepat.

Liceat mihi in calce hujus dissertationis animum exprimere gratissimum Ill. Treviranо, Professori rei Herbariae in Universitate Viadr. Vratisl. nec non Ill. Augusto Henrico Hoffmanno Doct. Philosophiae Bibliot. Reg. et Acad. Vrat. Custodi, quorum Summo favore multos rei Herbariae Polonicae Auctores fortuna legere contigit, et quorum erga me bene valentiae per omne vitae meae tempus, gratias habebo.

In Bibl. Reg. et Acad. Vrat. totius fere Historiae rei Herbariae Polonicae Auctorum opera. — imo et Herbarium Bohem. Nicolai Claudiami quam optime, conservantur.

Curriculum vitae.

Maximilianus *Josephus Adalbertus Antonius Andreas Adamski* die 28. Novembris anno 1796 natus sum. Patrem praemature vita defunctum, quem continuo lugeo, habui *Conradum Adamski* civem Posnaniensem, deinde ruri agentem ibique sepultum; Matre adhuc gaudeo *Agatha de Cichowicze*. A prima pueritia literarum rudimentis imbutus sum Duce Ill. *Nicolao Adamski* Curato Eccl. Lubovicensis ad cineres meos venerando. Anno 1811. Lyceum Posnasiense, quod deinde Gymnasium creatum est, adii. Spatio quatuor annorum ab infima ad supremam classem veni. Hic silentio praeterire non possum quin bene de me meritis Praeceptoribus meis, gratias agam sincerrimas, horum imo qui nihil de me meruerunt unquam oblitturus. Sextam Gymnasii Regii Posnaniensis rite relinquens classem, directe Viennam petii, ubi civibus academicis ab initio anni 1819. rite adscriptus sum. Quo ex tempore uno anno consecrato philosophicis doctrinis, sequentibus Celeberrimorum virorum scholis interfuisse gavisus sum:

Celeb. Meyer, Anatomiam corporis humani,

Celeb. Eques de Scherer, Hodegeticen studii Medici et Historiam naturalem universam,

Celeb. Liber Baro de Jacquin, Elementa botanices, Physiologiam, Terminologiam plantarum, excursiones botanicas, chemiam medicinalem,

Celeb. De Lenhossék, Physiologiam medicinalem,

Celeb. Hartmann, Pathologiam et Therapiam generalem nec non Materiam medicam, methodumque formulas medicas rite concinnandi,

Celeb. de Rutdorfer, Chirurgiam generalem, doctrinam de fasciis et instrumentis,

Celeb. Boër, artem Obstetriciam theoreticam et practicam mihi tradiderunt. Quibus omnibus Celeberrimis ac Amplissimis viris pia mente ea, qua par est observantia, pro singulari erga me benevolentia quam maximas ago gratias;

Celeb. Jo. Nep. Raimann, specialem explicavit Therapiam et in Clinico medico Dux mihi ipse fuit Princeps et benevolus.

Celeb. Kern, de Chirurgia speciali tractavit et in Clinico Chirurgico Moderator fuit benignus.

Celeb. Rosás, Ophtalmiatricen me docuit nec non in Clinico ophtalmiatrico et operationibus quas in cadaveribus privatissime exercui, ad cineres venerandus Dux mihi fuit optimus.

Celeb. Lidl, artem veterinariam exposuit.

His ceteris Amplissimis ac Celeberrimis viris easdem pro beneficiis in me collatis ago gratias.

Vienna revertens botanices causa nonnullas Europae peragravi regiones.

Anno 1824. Vratislaviam petii, ubi hac in Musarum sede ab *Ill. Förster* anni ejus Rectore magnifico civibus academicis et ab *Ill. Andrée* ejus anni Decano maxime spectabili medicinae studiosorum numero adscriptus sum et hisce collegiis Clarissimorum Amplissimorumque Virorum animum attendisse glorior.

Ill. Treviranus, Elementa botanices benigne exposuit et in Horto Regio botanico, nec non in excursionibus botanicis moderatissime plantas demonstravit.

Ill. Purkinje. Physiologiam humanam docentem, morbos psychicos exponentem atque experimenta physiologica instituentem summe gaudeo me audivisse, et nullo obscaculo unquam impediar, quominus optimo viro, gratissimum in omne tempus vitae meae servem animum.

Ill. Otto, in arte corpora humana rite secandi me exercuit et anatomiam pathalogicam exposuit; cujus collegia me frequentasse semper gaudebo.

Ill. Wendt, de Materia medica, de aquis Germaniae medicatis, de Syphilide et de Morbis chronicis disserentem interfuisse aeque glorior, ac nunquam gravissimi et placidissimi obliviscar mei Praeceptoris.

Ill. Remer, Therapiam generalem, doctrinam de Febribus, inflammationibus et exanthematibus acutis exposuit et in clinico medico dux mihi fuit cum gravissimus tum moderatissimus.

Ill. Benedict, Praelectiones de chirurgia generali et speciali, de ophtalmiatrice, de arte fascias chirurgicas rite applicandi mihi explicuisse fortuna contigit. Dux imo in clinico chirurgico optimus mihi fuit.

Ill. Andrée, in arte obstetricia tam theoretica quam practica, nec non in clinico obstetricio Praeceptor mihi pro omne tempus optimus manebit.

Nunquam ex animo meo cedet summa erga Amplissimos et Celeb. hos et alios omnes Praeceptores filialis pietas! —

Tentamine nunc et examine rigoroso coram gratiosa medicorum facultate rite absolutis ad summos in medicina et chirurgia honores rite capessendos praesentem scripsi dissertationem, quam mox specialis rei Herbariae in Polonia historia sequetur.

THESES DEFENDENDAE.

I. Studium rei Herbariae vel quam maximi est in Medicina et Chirurgia momenti.

II. Parvi refert anatomia comparativa in diagnosi vesaniarum.

III. Diabetes mellitus I in stadio est morbus sanabilis.

IV. Cura secundinarum ad infelicissima quaeque medici pertinet negotia.

V. Arthritis magis, quam Syphilis, horribilis.

VI. Systema artificiale potius alludit scientiae botanices promovendae, quam naturale.

Errata.

Sic Amplissime corrige Lector!

Lege p. 1. Jundziłł; invenirentur; roslin; p. 5. adimplere; ad quae; precibus; p. 6. ad annum; Dioscorides; sunt; p. 7. lethalibus; repraesent.; p. 8. p. et etiamsi lege etiamsi; p. 9. colitur; ludi magister; p. 10. Knieha; p. 11. Poloniae; tuae; importunae; ut quae; primarium; lectionem; p. 12. licebit, cum; non nitatur; p. 13. tractatus; contentus; displiceam; precor; p. 16. idiomate; collocavit.

Lege p. 24. citaverit; quisquam; 27. Krescentyna. 29. dele „ versu 21. p. 34. itineribus; ineunte; Tomis; posthummum; Itinera; p. 35. Indiam; p. 37. dele De ante Carl; p. 38. χάος p. 40. dele I post per territae; coluerunt; p. 41. interitum; p. 41. Jonstoni; p. 44. Auctuarium; 46. sacer; p. 47. vegetabilium S. J. G. Besser.

Pag. 50. historyi, p. 51. xiążeczki; p. 52. S. J. G. Besser; 156.